

Athanasius Kircher  
MUSURGIA UNIVERSALIS

Buch II

Textfassung von Jacob Langeloh  
im Rahmen des Übersetzungsprojekts von DHI Rom und HMT Leipzig

---

< P 4 3 >  
M V S V R G I A E  
V N I V E R S A L I S  
S I V E  
A R T I S M A G N A E  
C O N S O N I ,  
E T  
D I S S O N I  
L I B E R S E C U N D U S  
P H I L O L O G I C U S  
De sono artificioso siue Musica, eiusdem prima Institutio-  
ne, Aetate, Vicissitudine, Propagatione.

P R A E F A T I O .

<initial8>EXAMINATIS in praecedenti libro atque iuxta ordinem natu-  
rae discussis singulis ijs, quae ad soni vocisque genesin quoquis mo-  
do spectare videbantur; ordinis ratio modò postulat, vt ad sonum  
artificiosum siue Musicam dissertationis nostrae filum extenda-  
mus, quam eo prorsus modo, quo illa in hominum animis adole-  
uit, persequemur. Sciendum autem Musicam in primis statim  
mundi incunabilis in varia illisione corporum, vti et in animalium  
vocibus, veluti quaedam sui iecisse seminarij fundamenta; quae de-  
inde rerum omnium finis Homo altius excolens, in fabricam omnibus numeris abso-

lutam eduxit; Ut enim sonus simplex vocem, ita vox simplex covem siue sonum harmonicum (veluti compositionis rerum elementa quaedam) antecessit; de cuius quidem

<p44>

harmonici soni origine, aetate, propagatione, vicissitudine, praesertim apud Hebraeos et Graecos hoc libro disceptare constituimus. Et ne Lectoris auidum animum longiori pro-lusione suspendamus, propositam nobis materiam ab ouo, vt dici solet, auspicabimur.

C A P V T . I .

De Musicae Inventione.

in2 IN mundano rerum theatro, nihil sono magis obuium; Is tamen vti adhuc nunc,  
ita etiam primaevae iam mortalium genti variam dedit inuentionis suae occasionem

[Prima principia Musicae et origo.]

oportunitatemque; Atque in primis ventorum, vti et quorundam animalium sibili,  
quos primi illi mortalium per campos hinc inde dispersi identidem perciebant, pri-  
mam quoque occasionem dederunt fabricae fistularum, quas ad similitudinem naturae  
ex auenà, arundine, tibijs gruum, alijsque cauis plantarum thyrsis efformabant; Con-  
cauorum verò corporum sonitus strepitusque, variam pulsatilium Instrumentorum  
supellectilem peperit, vti posteà videbitur.

Cùm enim primaeui mortalium, vt plurimùm, rusticae ac pastoritiae vitae operam da-  
rent, ibique sua figerent habitationis tentoria; vbi pingua occurrabant pascua, et loca

[Ex arundinibus prima fistularum rudimenta.]

aquis irrigua, et consequenter iuncis, arundinibus, papyris, similibusque fistulosae pro-  
lis germinibus referta; fieri non potuit, vt gbens tota die plerumque otiosa, sine aliquà  
mentis relaxatione consisteret. Verisimile igitur est hos homines ex dictis fistulosis  
thyrsis primùm lituos sibi varios formasse, et quidem non minori, quàm hoc tempore  
pastores, ceterosque rusticam vitam agentes facere videmus, artificio; et forsan etiam  
maiori, vtpote qui tum ingenio adhuc erant vegetiori. Cùm praeterea ijdem primi  
mortales fabrilem artem (vt pote sine qua humani generis societas periret) vt plurimum  
callerent; fieri sanè non potuit, quin ex casuali subinde diuersorum corporum collisio-  
ne inter laborandum non varios sonitus ac strepitus subinde excitarent; vnde admodum  
probabile est, eos hac occasione in variam pulsatilium instrumentorum notitiam per-  
uenisse èa prorsus ratione, vti nobis horiderno die subinde adhuc contingit. Musica

[Instrumentorum Musicorum origo.]

igitur non à Graecis, aut Aegyptijs, aut Chaldaeis, sed à primis ante diluuium hominibus

primam habuit suae inuentionis originem. imò si omnes homines è mundo iam tolle-rentur praeter paucos pueros rerum ignaros, hosce tamen tum necessitate cogente,  
[Omnis rerum inuentiones videntur fuisse casuales.]  
tam casu et experientià cum tempore in varias inuentiones humano generi necessa-  
rias incidere posse nihil dubito; inuentiones enim rerum homini insitae sunt, nec libris  
solùm discuntur, des et intellectu aliqua insigni necessitate cogente, vel casu, aut ex-  
perientià vel genij suggestione eruuntur; Musicam igitur iam à principio fuisse, ptaeter-  
quam quod Sacrae Litterae id luculenter testentur, ipsa etiam ratio dictat, vt dixi; Certè  
4. cap. num. 21. Geneseos Musicorum instrumentorum inuentio Iubali apertè adscri-  
bitur his verbis:

כָּל־תְּהִלָּה מִלְּפָנֵי יְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ וְיַבְּלֵל כָּל־  
[aus BHS]

Etnomen fratrius eius Iubal ipse fuit Pater tractantis siue pulsantium Cytharam et Organum,  
vbi 70. habent οὗτος ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν; hic fuit qui monstrauit primus psalte-  
[Iubal Author Musicae.]

rium et Cytharam. Qualia verò fuerint instrumenta ab ipsis inuenta dicetur in Capite  
de Musicà Hebraeorum. At verò post diluuium Aegyptij primi fuerunt perditae Musi-  
cae instauratores Hi enim à Chamo et Mesraimo filio eius instructi Musicam in tan-  
[Musica in Aegypto inuenta.]

tum illustrarunt, vt vel ab Aegyptio verbo Moys Musica etymon suam sumpserit, eò  
quòd ad stagnantes Nili paludes, occasione arundineae, papyracaeque sobois (ex qua  
lituos suos efformabant) ibidem copiosè repullulascentis, inuenta ac instaurata sit.  
Verùm vide quae fusiùs de hoc argumento in Prodromo Copto tractauimus. Ab Ae-  
gyptijs autem postmodum ad Graecos, ab his ad Latinos aliasque Nationes traducta,  
<p45>

nullo non tempore magnos progressus fecit. Quid verò vnaquaque Natio propriè  
circa hanc facultatem inuenerit, quemque in Musica modum seruarit in peculiaribus  
locis docebitur.

C A P V T   I I .

De obiecto Musicae eiusque subalternatione et quòd  
Musica sit vera scientia speculatiua.

[Obiectum Mathematicae.]

in2 OMnis facultas ordine naturae obiectum aliquod circa quod primariò versetur, pree-

supponit; Obiectum Mathematicae absolutum et adaequatum est quantitas terminata, quae vti duplex est continua et discreta, ita duplēcē qupque Facultatem patrit, Geometricam et Arithmeticam. Vtraque quantitas denuò spectari potest vel absolutē, simpliciter et per se, vel relativē aut in ordine ad aliud; priori modo purarum Mathematicarum, posteriori mixtarum constituit obiectum; In quantum verò vtraque se tenet ex parte materiae praebet materiale obiectum commune tam puris, quām mixtis scientijs; in quantum autem ex parte formae, formale constitui obiectum, cuius [Obiectum formale Opticae.]

officium est scientiam, quae circa illud occupatur, ab omnibus alijs distinguere; Hoc pacto formale obiectum Opticae est linea visualis; Musicae, numerus sonorus, circa has enim affectiones, nulla alia facultas praterquām Optica et Musica versantur. Nam licet tam Optica quam Geometria pro materiali obiecto suo communi habeant lineam, attamen Geometria eam sub alià ratione ac formalitate considerat, quām Optica: illa enim vt extensam, Optica verò vt etiam visualis est, lineam considerat quae quidem formalitas, vt dictum, est Opticae formale obiectum, per quod tam à Geometrià, quām ab omnibus reliquis scientijs distinguitur. Similiter tam Arithmeticā, quām Musica habent pro obiecto communi numeros. At Musica sub alia formalitate illos considerat, quām Arithmeticā; nimirum pro vt sunt sonori, seu provt [sic] dicunt certas proportiones sonorum; per quam formalitatem Musica, tanquam per formale obiectum, differt ab omnibus alijs scientijs. Quid autem sit iste numerus sonorus, vt formalis obiecti ratio huius scientiae pleniū innotescat, restat explicandum.

[Numerus sonorus quid?]

Numerus igitur sonorus latè sumptus nihil aliud est, quām numerus certam ad voces sonosque relationem dicens, qui et artificiosè in corpore sonoro reperitur; Strictè verò sumptus relationem dicit ad interualla tantùm consona, quae nil aliud sunt, quām certae proportiones, ac formae quaedam, consonantiarum primo loco in Musicā consideratae. Quas quidem rationes in vnā solūm chordā inquirebant primi Musici, reperiebantque tantam esse quantitatē soni chordae, quantus erat numerus partium

[Quomodo veteres interualla harmonica inquirebant.]

in quas illa diuidebatur; notā igitur chordae longitudine ac partibus, in quas secabatur, de distantia grauis et acuti infallibile iudicium formabant: Ita in chordā quapiam diuisa bifariam ex sono vnius partis comparato ad sonum totius chordae, luculenter in notitiam deueniebant interualli siue vocis diapason (quam vulgò Octauam vocant)

hancque consonantiam in dupla proportione, iuxta scil. diuisarum partium analogiam, consistere, necessariò inferebant; eò quod se haberet sicut duo ad vnum.

Cùm verò ex tardo motu grauis, ex celeri verò acutus sonus nascatur, aliud inferebant; nimirum dimidiam diuisae chordae partem ad integrum duplo celerius tremere, ita vt si millies tremat integra, bis millies tremat dimidia; Idem iudicium de coeteris [Voces et soni sunt harmoniae materia. numeri et proportiones verò eius forma.] omnibus consonis et dissonis interuallis formabant, quae omnia fusiùs hic examinarem, nisi ea secuturis libris reseruassem. Atque hinc patet quod vti voces et soni sunt quasi interuallorum harmonicorum materia; ita numeri et proportiones forma sunt eorumdem, ex quorum additione resultat tandem numerus sonorus verum et formale obiectum Musicae; licet autem omnia corpora producendis sonis apta sint, non tamen illa

<p46>

semper, nisi ad vnam certam et determinatam formam harmonicam reducantur, consonantijs generandis idonea sunt.

[Musica subalternata scientia est.]

Atque hinc inferimus primò Musicam esse subalternatam scientian; Quod vt intelligatur; Notandum scientias alias esse principales, alias minùs principales, Principales dependent à generalibus principijs lumine natura aut cognitione sensuum notis; ex quibus suas conclusiones deducunt; Sicuti sunt v.g. Geometria et Arithmetica, dicunturque subalternantes; Minùs principales verò sunt, quae prater illa principia lumine naturae ota vel sensuum ope acquisita; assumunt etiam pro suis principijs conclusiones iam à scientià Principali demonstratas; Et licet idem commune obiectum materiale cum Principali habeant; tamen in hoc ipso subiecto seu obiecto communi considerant certam quandam perfectionem seu formalitatem à quā praecipue suam specificationem accipiunt (vt paulò superiùs dictum de Opticà respectu Geometriae) cui tam ratione Principiorum quām subiecti seu obiecti subalternantur.

Hoc igitur posito patet etiam Musicam esse scientiam Arithmeticae subalternatam; quod ita probatur. Tria ad subalternationem alicuius scientiae ex dictis requiruntur.

[Quae ad subalternationem alicuius scientiae requirantur?]

Primò scilicet idem obiectum materiale tam subalternanti, quām subalternatae communne; Secundò eadem vtrique, quibus in conclusionibus formandis vtantur, principia communia et vt insuper subalternata assumat pro suis principijs conclusiones à subalternante factas; Tertiò vt subalternata Obiectum commune consideret vt affectum certā quadam perfectione ac formalitate, quae sit eius specificationis fundamentum ac basis; At haec tria inueniuntur in Musica; Ergo etc. Primò enim numerum vtrique communem considerat. Deinde Principijs vtitur ab Arithmeticà acceptis. Denique numerum non praecisè et per se, sed vt verta sonoritatis perfectione affectum, seu numerum in corporibus sonoris eluscentem considerat; dum videlicet exhibet sonos habentes datos quoslibet acuminis et grauitatis gradus; dum dato quolibet sono, alios in data proportione variatis nimirum longitudine, ambitu, tensione, corporum sonantium densitate, inuenit; dum denique datos quoslibet numeros sonoros numerat, addit, subtrahit, diuidit, multiplicat etc. Porrò si sonoritas haec lineis numero explicabilibus applicetur (quemadmodum nos in Geometria nostra harmonica praestitimus) erit Musica non tantum Arithmethicae, sed et Geometriae subalternata, habebitque obiectum formale lineam sonoram, vt in Echosophia fusiùs probabitur;

[Musica geometriae quoque subalternari potest, in quantum lineam sonoram considerat.]

Patet igitur quomodo Musica sit subalternata scientia. Patet quoque eandem non puram Mathematicam, sed mixtam esse, inter Arithmeticam vel Geometriam et Physicam intermedium. Patet denique Musicam esse propriè ac strictè dictam Scientiam, eò quòd subalernetur, vt dictum, Arithmeticae et Geometriae. Cum igitur hae subalternantes sint propriè dictae scientiae (vt doctè et solidè demonstrat Blancanus in Locis Ma-

thematis Aristotelis) sequitur et subalternatas esse tales, cùm vtantur ijsdem principiis [Musica proprie dicta scientia est.]

pijs et insuper Musica procedat verè modo scientifico. Nam tria adhibet principiorum generam, nempe Definitiones, Postulata, et Axiomata, ex quibus tandem perfecta scientia [Definitiones in Musica.]

nascitur, vt fusè in libris posteriorum probat Philosophus; Et definitiones quidem sunt perfectae et essentiales, vt sunt definitiones, quas tertio libro proposuimus.

Vt v.g. Interuallum harmonicum est spaciū intensionis et remissionis capax etc. Ineruallum multiplex duplum siue diapason, est spaciū harmonicum maius, minus bis continens etc. Interuallum multiplex triplum, est spaciū harmonicum maius, minus ter continens, et sic de coeteris; quae sunt definitiones essentiales, et aliter se habere non possunt, imò aeternae veritatis, vt alibi demonstramus, necessariamque cum naturà rerum connexionem

[Axiomata in Musica.]

habent. Axiomata quoque siue Pronunciata in Scientiā Musicā sunt, Propositiones per se ac lumine naturae notae. Vt: Quicquid harmonicè metitur alterum, metitur et mensuratum ab illo etc. Compositum harmonicum in ea resoluitur simplicia ex quibus componitur etc. Quicquid metitur detractum et residuum, metitur et totum; Et similia plura de quibus ali-

[Postulata in Musica.]

bi ex instituto. Postulata sunt: Datā aequali chordā, quae spacij ad spaciū proportio est, est et soni ad sonum. Et similia, ex quibus certissimas conclusiones, vt in toto hoc ope-

<p47>

re passim videre est, formamus. Vnde tandem concludimus Musicam verè et propriè scientiam esse dicendam.

C A P V T . I I I .

De Diuisione et definitione Musicae.

in2 MVsica latissimè sumpta nihil aliud est, quām discors concordia vel concors discor-  
[Musica Mundana.]

dia variarum rerum ad vnum aliquod constituendum concurrentium, de  
quā in vltimo libro fusè tractabitur; estque vel naturalis vel artificialis; Naturalis com-  
plectitur totam naturam rerum harmonicè dispositam, siue quod idem est, Musica Mun-  
dana, continet, coelorum, elementorum, mixtorumque admirandam harmoniam.

Ad hanc Musica quoque humana reuocatur, quae consistit vel in compositione corpo-  
ris harmonica, vel in sensuum tam interiorum quām exteriorum miro ordine, disposi-  
tione εύκρασία et concordià, vti suo loco dicetur.

Artificialis est vel organica vel harmonica: Organica continet instrumentorum sub  
trimplici ordine Penumaticorum, Encordorum, Pulsatiliumque artificiosam fabricam,  
[Artificialis Musica duplex.]  
vsumque, de quibus integro libro V. tractamus ex professo; Harmonica Musica est,  
quae mediante sensu et ratione considerat differentias sonorum, modulationum, conso-  
nantiarum, de qua quatuor integris libris scil. *Tertio, Quarto, Quinto, Sexto* variè tractamus.

Nonnulli Musicam diuidunt in speculatiuam et practicam; Vnde et Musicus theo-  
ricus ille dicitur, qui excluso sensu, solà ratione quaecumque in harmonicà Musicà oc-  
currere possunt, iudicat; Practicus verò qui solo sensu innitens, causam suae operatio-  
[Musica speculativa et practica quae?] nis ignorat quā talis, vnde tantò pratico theorico nobilior est, quantò scientia arte  
eminenter; vterque tamen imperfectus iuxta illud.

Bestia non cantor, qui non canit arte, sed vsu.

[Quis Musicus perfectus.]

Solus itaque perfectus Musicus est, et dici debet, qui Theoriam praxi iungit, qui non  
tantùm componere nouit, sed et singularum rerum rationem reddere potest; ad quod  
tamen cum dignitate praestandum, omnium paenè scientiarum notitia requiritur; sci-

licet Arithmeticæ, Geometriae, Proportionum sonorum, Musicae practicae tam vocalis, quām instrumentalis, Metricæ, Historicae, Dialecticae, Rhetoricae, totius denique Philosophiae absoluta cognitio, adeò vt Musicam in rigore sumptam, nihil aliud esse definiamus, quām Sonorum harmonicorum, in quocumque genere occurentium perfectam scientiam, cuius in hac Musurgiā vniuersali siue Arte Magna Consoni, et Dissoni archetypon quoddam ponimus; Verūm his καθολικότερως praemissis, iam singula ordine exequamur, à varia variarum Genitum Musica initium facturi.

C A P T . I V .

DE MUSICA ANTIQUA

Instrumentis Hebraeorum, et qualia illa fuerint.

in2 INuentum chordarum vti facile fuit, ita quoque vetustissimum esse et primaeuorum temporum nemo dubitare debet; cùm enim nihil adeò necessarium sit, quām filorum ad varia compingenda vsus; omnis autem quorumcunque filorum extensio gratum quendam sonum excitet; ex caria autem tensione chordarum varij nscantur soni, nihil facilius fuit viris Musurgis hac experientia priùs edoctis, Instrumenta tandem omnis generis adinuenire; et quidem Cytharam polychordam ante diluuium fuisse Sacrae nos docent Literae, decachordo quoque Psalterio Dauidem vsum liber Regum psalmo-

<p48>

rumque restatur; Vt igitur qualitatem conditionemque huiusmodi apud Hebraeos quondam vsitatorum Instrumentorum penitiùs rimarer, quotquot habere licuit Rabbinorum Commentarios Thalmudicorumque operum, de ijs tractantium Volumina, seriò volui et reuolui, vt quid de verà dictorum Instrumentorum formà in tantà Authorum confusione sentiendum esset, in fonte cognoscerem; Quid igitur profecerim curioso Lectori hoc loco communicare constitui.

Inter coaeteros igitur Hebraeorum Authores exactè huiusmodi Instrumenta tractat Au-  
[Author Schilte haggiborin.]

thor Schilte haggiborim; qui Sanctuarij diversa Musica instrumenta fuisse ait numero  
36. quorum omnium pulsandorum Artifex fuit Dauid; verba adiungo:

[Heb. 48.1]

Memoratur David 36. Instrumentorum musicorum pulsandorum notitiam habuisse; et ibidem:

[Heb. 48.2]

Id est: scripserunt Patres nostri quòd cantica et sonationes domus Sanctuarij fuerunt plurimae, memorant enim 22. diuersa instrumentorum genera, quorum omnium pulsandorum notitiam tenebat Rex Dauid, pax super eum. Et Saadias in Danielem illi 36 Instrumentorum peritiam tribuit. Tractatus Aruchin Thalmudicus 34. eorundem numerat; Quae omnia vt ex confusione sua in ordinem harmonicum redigantur à polychordis, quae Hebraeis נגינות Neghinoth appellantur, ordiemur.

§ . I .

De Instrumentis Hebraeorum Polychordis,  
siue נגינות Neghinoth

[מִנְנִין מַחְול Machul]

NEginoth Hebraeorum instrumenta,  
quae manu vel bacillis aut plectro  
pulsantur, fuisse, vel ipsum verbum  
[Neghinoth qualia instrumenta Hebraeis.]

הַנְּגִינָה quod idem est ac pulsare satis superque declarat; Schilte haggiborum ita ea describit cap. 4.

[Heb. 48.8]

Et *Neginoth*, inquit fuerunt instrumenta  
ligneaa longa et rotunda et subtus ea  
multa foramina tribus fidibus constabant  
ex intestinis animalium, et cum vellent  
sonare ea, radebant fides cum arcu com-  
pacto ex pilis caudae equinae fortiter astri-  
ctis, in graeco diciut *trichordon*, in latino  
*trisidium*. Instrumenta verò *Neghinoth*  
fuerunt *Psalterium Nablium*, *Cythara*,

<p49>

siue quod idem est *Assur*, *Neuel*, *Kinnor*, *Maghul*, *Minnim*, de quibus singulis breui-  
ter aliquid dicendum est.

Psalterium Dauidicum quale fuerit, nemo rectè adhuc definiuit, credunt aliqui non  
tam fuisse instrumentum, quām certa quaedam harmoniae genera denotare, et vocis,  
[Psalterium Dauidicum quale?] sonique modulationem; Iosephus duodecim sonos id habere tradit ac digitis carpi.  
Hilarus, Didymus, Basilius, Euthymius omnium vocant organorum musicorum re-  
ctissimum nihil in se peruersum continens, aut obliquum, quod in superiori parte pul-  
saretur: Vnde videtur cauo testudinis caruisse; Augustinus ait manibus portari per-  
cutientis, et ex superiori parte habere testudinem, illud scilicet lignum concavum, cui  
chordae innitentes resonant, sicuti Cytharae habent infernè. Hieronymus describit  
hoc organum in modum quadrati clypei cum 10. chordis; Hilarius idem vult esse  
quod *Neuel*, siue *Nablium*, certum enim est Psalterium chordis instructum fuisse, et  
psallendi verbum significat, Suida teste, summis digitis chordas carpere; Magna Musi-  
corum pars, ipsi similitudinem Harpae nostratis tribuit, quam et passim eius imagini  
appingere solent triangulari forma, quam Apollodorus apud Athenaeum vocatam ait  
*μάγαδιν*, Aristoteles *τρίγωνον*, Suidas Sambucam. Quo fit, vt in psalterio chordae inae-  
quales essent, quod et de Sambuca Porphyrio in vetere lexico tradit. Nonnuli idem  
esse hoc psalterium ac *Nablium* ex illo Ouidij 3. de arte, dicunt.

Disce etiam dupli genalia nablia palma

Verrere, conueniunt dulcibus illa modis.

Huic constat quod Schilte asserit, ait enim *Nebel* instrumentum fuisse fidicinum  
fidibusque 22. in tres octauas fuisse diremptrum; *Asur* autem chordis 10. *Kinnor* 32.  
*Machul* 6. *Minnim* 3. aut 4. constitisse fidibus: *Neuel* instar trapezij fabricatum,  
*Kinnor* verò ad instar hodiernae Cytharae similitudinem; *Machul* et *Minnim*, vt Violam  
et Chelym. Verum ne in instrumentis *Negginoth* recensendis fusior sim, hic ea ex an-  
tiquo codice Vaticano deprompta Lectori communicanda duxi, vbi psalterium sub  
[Bild: A גִּבְעָה I בְּגִיא B גִּבְעָה]

forma A exhibetur, *Cinnor* sub B. *Machul* sub C. *Minnim* sub E. *Neuel* sub I. refertur.  
Mersennus verò Cytharam nouam et antiquam sub alia figura determinat. Apparetque  
eam similitudinem habuisse nostrae Harpae in trisiapason per tres octauas 24. chordis  
distinctam. Qualis verò fuerit mysticum illud decacordon, triplicis mundi harmoniam  
referens, tum alibi, tum in Musica nostra hieroglyphica fusiùs describetur.

*Haghniugab* instrumentum fidicinum (cuius mentio fit in Thargum tam *Onkelos*, quam *Vzielidis*,) erat *Cheli* maiori, quam vulgo *Viola gamba* vocant, haud ab simile, et 6. chordis constabat. Vide R. Hannase cap. 10. *Schiltegibborim*; confunditurquè passim cum *Machul*; differunt enim tantùm in numero chordarum.

<p50>

§ . I I .

De Pulsatilibus instrumentis Hebraeorum.

in2 INstrumentis κρουσοῖς iue pulsatilibus Hebraei vsi fuerunt teste Schiltehaggiborim,  
vbi hisce verbis ea describitur:

[Heb. 50.1]

Id est Patres nostri nouerunt ex instrumentis *Haschusanim*, *Hammechilath*, *Haschhusan-*  
*gnaduth*; *Meschrakitha*, *Hakithros*, *Haschabra*, *Hasphaderin*, *Hamingnanghin*, *Hasimphu-*  
*nia*, *Hamagrepha Thealmudica*, *Haordaulus*, *Hatabla gutgana*, *Haiugab*, *Hataph*, *Hamin-*  
*gnangin*, *Hazalzaloth*; et similia de quibus singulis.

I. De Tympano Hebraico תְּמִפָּנוֹ Thoph dicto.

in2 TYmpanum Hebraicum ab Aegyptijs oriinem suam habuisse Author est Schile  
gibborin.

[Heb. 50.3] [Bild N: תְּמִפָּנוֹ]

Sacerdotes enim Aegyptij potissimum  
vtebatur tempano in delubro magnae  
Matris Deorum, quae Dea Vesta dici-  
tur et fundamentum terrae indicat.  
(En figuram eius ex citato Authore;)  
quod diuersam à modernis figuram ha-  
buisse Rabbi Abraham Hannasè te-  
statur; Ait enim illud similitudinem  
nauis habuisse, siue lintris, vnde  
et à Graecis Cymbalum nihil aliud,  
quàm instrumentum musicum instar

Cymbæ; ait praterea, hoc instrumen-  
tum fuisse pelle animalis obductum, deinde plectro instar pistilli aut virgae ferreae vel ae-  
neae fuisse pulsatum ictu nunc forti nunc remisso, sonis iam inspissatis et frequentibus,  
modò rarís et obtusis non secus ac in nostris tympanis fieri solet. Verùm similitudinem  
eius vnà cum allegatione textus citati Authoris hic adiungendam duxi,

[Heb. 50.5]

II. לִפְנֵי. Machul.

in2 IN superioribus instrumentum *Machul* inter fidicina numerauimus ex mente  
qorundam Hebraeorum. Quamuis Abraham Hannasè illud nequaquam fi-

<p51>

dicinum, sed pulsatile fuisse manifestissimis argumentis demostrasse se putet, ait enim illud idem fuisse, quod Systeum Aegyptium aut κροῦσμα Graecorum; fuisse autem circulum multis tintinabulis circum-datum ex ferro, aere, argento, auro fieri solitum; Sed verba eius audiamus:

[Heb. 51.1] [Bild O ליהנמ]

Verum nos comparatione facta melius forsan dicimus, huiusmodi Systerum inter instrumenta quae dicuntur *Zalzsaloth* et *Minangnghinim*, id est inter ea, quae multis intinnabulis constant, adnumerari posse.

Neque enim huiusmodi instrumentum vlla ratione respondet Systro Aegyptiorum; Nam vti nos fusè in Musica nostra Hieroglyphica ostendimus, erat Systrum instrumentum ferreum non campanulis instructum, sed ferreis circulis cum manubrio, quo agitato triste quoddam murmur oboriebatur ex collisione annulorum ferreorum tum inter se, tum cum ferreis, aut aeneis, quibus inserebantur, tigillis; quorum formam et rationem mysticam fusissimè descriptam reperies in Oedipo nostro, in libro de Musica Hieroglyphica Aegyptiorum. Ad huius tamen similitudinem fabricatum fuisse Systrum Hebraeorum siue *Thoph* hinc inducor, quod huiusmodi Systro Virgines in connubijs Systrorum tripudijs passim vterentur; vt in Exodo et libro Iudicum de Maria Sorore Mosis, et Iephte Filia legimus. et adhuc in Palaestina vsum huius Systri permanere, à testibus fide dignis accepi.

### III. נצץ ברגשים Gnetse Berusim

in2 QVid aut quale hoc instrumentum fuerit neminem, qui rectè id descripserit ex Rabbinis inueni; quidam id confundunt cum *Crotalis*, nonnulli idem esse volunt quod rusticum instrumentum vulgo dictum *Gnaccari*. Alij cum Systro confundunt. Solus R. Hannasè veritatem attigisse videtur, dum illud his verbis describis.

[Heb. 51.4] [Gnetse Berusim Bild P]

*Gnetse Berusim* prout cognoscere potui ait illa erant instrumenta vni-ta, sonantia vocem claram, sine tamen harmonia, vt in alijs instrumen-

tis dificinis fieri solet; Sunt enim in substantia nihil aliud quām duo ligna Abiegna.  
Quorum vnum simile est mortariolo, alterum simile pistillo paruo, longo et rotundo,  
in cuius medio est manubrium paruum, et in duobus capitibus eius eminebant nodi qui-

<p52>

dam quasi grandine guttati, qui verò ea pulsabant accipiebant mortariolum in manu sinistra, et cum pistillo in manu dextra percutiebant semel suprà oram mortaij et semel supra os eius cum duobus extremis capitibus pistilli, semel quidem cum vno extremitate pistilli et semel cum altero. Dicunturque Graecis, et Latinis *Crotalum*, Italisch *Gnaccari*.

IV. מינגן חנוניגים Minagnginim.

In 3 NO non minor inter Authores de huius nominis significatione controvrsia est; Quidam id pro psalterio, alij pro Cymbalo, multi pro Crepitaculis puerorum sumunt. Thalmudicus tractatus [Bild חנוניגין R]

*Aruchin*, dicit esse instrumenta, quae per vehementes eorum commotiones sphaerulas in se ipsis concutiunt, variose per os strepitus emittunt. Omnia optimè id explicat Hannase loco citato, his verbis:

[Heb. 52.3]

Instrumentum hoc, inquit, est tabula quaedam lignea quadrata in cuius capite manubrium est apprehensioni aptum, supra tabulam verò hiunc inde sunt globuli lignei aut aenei catenae ferrareae aut etiam supra tabulam extensae chordae ex cannabe inserti, et cum percutitur tabula, globuli illisi tum inter se tum cum tabula sonum edunt clarissimum ex remoto perceptibilem.

*Magraphe Tamiel*, fuit diuersum instrumentum, ab instrumento *Magraphe d'Aruchin*; illud erat instrumentum pulsatile, quo ad Templum conuocabantur populi, adeo vehementis soni, vt Hannase dicat in Ierichutina Ciuitate audiri potuisse; Cuius verò figurae fuerit et quomodo tam portentosum sonum ederet, nemo est qui explicet; aiunt tamen fuisse positum in fundo Ierosolymitani templi, locumque ita fuisse arcuatum, vt vox huius instrumenti in

arcuata tholi superficie variè reflexa, multiplicataque eum sonum, quem vel in Iericho percipere possent, excitaret: erat autem instrumentum ad Sacerdotes et Leuitas conuocandos, eosque qui immundi erant in foribus templi sistendos institutum: certè si conjecturis rem expedire liceat, dicerem profectò hoc instrumentum simile quid habuisse cum campanis nostris maioribus, quas in remotissima distantia audiri, vulgo notum est. Quid verò fuerit *Magraphe d'Auchin* dicetur paulò post.

<p53>

§. III.

De Instrumentis Pneumaticis Hebraeorum.

I. *Masrakitha*, à sibilo quem faciebat, sic dictum instrumentum erat πολυκάλαμον siue multorum calamorum, qui simul litigati et in ligno quodam in formam Thecae adaptō gradatim infixi disponebantur, calami verò aperti supra, infra pellis obductione certo quodam ligno obturabantur, eratque instructum manubrio quodam, à quo dilatata cista paulatim in angustum spaciū coarctabatur; Instrumentum applicabatur labijs et insufflatione facta digi- [Bild S: אַתְּ קָרְשָׁה]

torum foramina è latere nunc claudentium nunc aperientium ope varius percipiebatur sonus pro ratione longitudinis, aut latitudinis breuitatisque fistularum, vel etiam pro insufflationis intensione.

Vnde colligo hoc instrumentum idem prorsus fuisse cum Syringe siue heptaulo Panos; vt paulò post patebit.

II. Sanpunia, à graeco ni fallor συμφωνία corruptum vocabulum, cuius fit, vti et praecedentis mentio Cap. 3. Dan. his verbis Chaldaicis:

[Heb. 53.2]

Hoc est: tempore quo audietis vocem cornu, fistulae (polycalami) Cytharae, Sambucae, Psalterij, Symphoniae et omnis generis musicorum, etc. cui respondet graeca versio<sup>1</sup> ἵνα ὡς ἀν ακούσητε τῆς φονῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος τεκαὶ κιθάρας, σαμβύκης, τε καὶ ψαλτηρίου καὶ συμφωνίας. καὶ πάντος γένους μουσικῶν. Vbi pro voce cornu, graeca lectio habet φονῆς τῆς σάλπιγγος id est voce tubae; Sampunia igitur accipitur pro fistula non simplici; sed qualem Schilte haggiborim describit; erat enim instrumentum δύαυλον duarum fistularum, intra quas medius ponebatur vter rotundus

<sup>1</sup> 70: ὅταν ἀκούσητε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος καὶ κιθάρας, σαμβύκης καὶ ψαλτηρίου, συμφωνίας καὶ παντὸς γένους μουσικῶν, πεσόντες προσκυνήσατε τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἦν ἔστησε Ναβουχοδονοσορ βασιλεύς·

ex pelle Arietis aut Veruecis, in quo duae dictae fistulae inserebantur, vna sursum, deorsum altera vergente; quando verò superior canalis insufflabatur, vter spiritu repletus, compressusque fistulae inferiori aërem subministrabat, qui pro clausura vel apertura foraminum in ea dispositorum, obstetricantibus digitis varios paturiebat sonos: cuius figuram alibi ponimus; vnde patet id fuisse prorsus simile nostro vtriculo, quo Pastores et Rustici passim vtuntur; et mirum sane est, in Italia in hunc vsque diem hoc nomine, Zampagna pastorale, appellari.

<p54>

III. מגרפה דערוֹצִין *Macraphe d'Aruchin*, erat instrumentum musicum Thalmudicum, simile nostris organis Ecclesiasticis; pluribus enim, vt Schilte gibborim docet, constabat fistularum ordinibus, animabaturque à follibus L M; habebat praeterea foramina et taxillos per II. notatos singulis fistulis correspondentes, qui organaedi ope pressi ventorum claustris, miram sonorum praestabant varietatem. figuram eius hic vt potuimus delineauimus.

מגרפה Secundum descriptionen R. Hannasè.

[Abbildung]

De Fistulis et Lituis.

in2 Fistulae Hebraeis vsitate triplicis generis erant; primo cornibus animalium in fistulas adaptatis vtebantur: vti habetur 1. Paralip. c. 25. Secundo vtebantur certo

[Abbildung: אבוב Abub, קרן Keren, הלייל Halil. Lituus retortus]

<p55>

quodam genere tibiarum, quas itidem ex animalibus isbi assumebant, vt Gruum Ci-  
coniarum etc. Tertio instrumentis in morem cornu Tauri vel Capreoli recuruis quae pro-  
pe orificium gracilescentia, continuo paulatim incremento ad alterum vsque extremum  
dilatabantur; prorsus similia nostris, quas Cornetto vulgo vocant, tibijs; Nonnulli tamen  
hoc instrumentum cum eo, quod אֶבְוָב Abub vocant, confundunt; Erat autem אֶבְוָב]  
fistula quaedam, qua Leuitae in sacrificijs vtebantur; Sed vt dixi הַלִּיל Halil, אֶבְוָב,  
Abub, et קֵרֶן Keren passim tum in sacris, tum profanis literis confunduntur.

Variarum fistularum passim in Sacris Literis fit mentio, quae tamen semper ad vnam  
ex dictis tribus speciebus reuocari possunt.

Fit quoque mentio certi instrumenti in Thalmudicis, quod R. Hannose אֲוֹרָתְבָלוּם  
Orthaulum vocat; et nihil aliud erat, quam Organum Hydraulicum; vt corruptum  
vocabulum ostendit; non enim Orthaulus, sed ὕδραυλος recte dicendum est; Ve-  
rum de hoc cum alibi ex professo tractemus, eius descriptioni diuitius inhaerere nolui.  
Visis itaque instrumentis Hebraeorum, iam modum psallendi ijsdem vsitatum percu-  
ramus.

§ . IV .

De vsu Instrumentorum Musicorum apud Hebraeos.

in3 NVllum dubium est, quin Musica Hebraeorum tempore Dauidis, et Salomonis fuerit perfe-  
ctissima, cum enim Dauid à puero Musicum ageret, eaque mirum in modum afficeretur,  
fieri certè non potuit, vt eam ad altiorem dignitatis gradum elatus, non omni-  
bus modis promouerit; Salomon verò infusa imbutus scientia, vti aliarum omnium  
rerum, ita vel maximè musica à Deo instructum fuisse credi debet; quomodo enim Di-  
uinum illud aedificium iuxta harmonicarum proportionum regular omnibus numeris  
elaboratum, sine maxima musicae scientia peritiaquè fieri potuerit, non video; certè  
omnia templi vasa miro ordine distributa, tum maximè instrumenta musica summo  
artificio elaborata cum maxima varietate et sapientia condita fuisse, solus is nescire  
poterit; qui ordinem et dispositionem singularum rerum, in mirifica hac et diuina fa-

[Musica valde culta a Salomone.]

brica occurrentium, non intellexerit. Certe Iosephus Salomonem. inquit, instrumento-  
rum musicorum, quae nabla et cynnirae dicuntur in vsum hymnodiarum ex electro con-  
fecisse quadraginta millia; vbi pro cvnniris, nihil aliud intelligitur nisi Kinnor,

[1. 9. ar. c. 2.]

quod quale fuerit supra dictum est; Ex quo luculenter patet, musicam Salomonis nostram multis parasangis superasse; neque credi potest innumerabilem summa sapientia constructorum instrumentorum musicorum suppellectilem seruisse tantum ad inconditos quosdam, et artis omnis expertes sonos producendos; Sed praestantiam horum instrumentorum, Musicorum Organaedorumque ingenium et peritiam, prorsus aequasse existimandum est; Mirus igitur Cantorum Phonasscorumque ordo, mira chororum distributio, mirus hymnorum harmonicis modulis adaptatorum, consensus. neque verisimile est, instrumenta vnius alicuius chori omnia vnbspisonam vocem, sed miro ingeniosoque contextu, acutis grauibus vocibus harmonicè temperatis, πολυποίκιλον harmoniam reddidisse. Neque enim decebat, à tanto templi mystici ordine, rerumque mira dispositione, laudes Deo, per organa musica persoluendas, dissonare; Praeterea non quaevis instrumenta, quibuslibet laudibus et ceremonijs; Sed diuersa diuersis teste Schile gibborin respondebant. RR. Calonimus et Hannosè 10. diuersa generis spiritualia cantica recitat, quibus totidem diuersa instrumenta destinabant. verba huius sunt sequentia:

[Heb. 55.9]

<p56>

hoc est in 10. diuersi generis instrumentis, laudabunt Deum cum instrumentis quae seruiebant rebus arduis exprimendis; secundo, Rebus ad victoriam pertinentibus, tertio, Psalmis Deo recitandis; quarto, Canticis amorosis; quinto, Laudibus diuinis; sexto, Orationi et fiduciae mentis in Deum; septimo, Benedictionibus; octavo, Confessionibus; nono, Beatitudinibus; decimo, Tripudijs animi deseruientibus; quibus nonnulli adiungunt:

[Heb. 56.1]

[Diuersa instrumenta diuersis animi affectibus seruiebant apud Hebraeos.]

Quae quidem nomina sunt Tituli psalmorum; diuersis itaque animi affectibus excitandis diuersa adhibebantur instrumenta; Ad Laudes diuinis in animis hominum excitandas, adhibebant, omnis generis fistulas; Ad hymnos Confessionis et gratiarum actionis; *Nablia* psalteria similiaque, ad gaudia et tripudia spiritualia excitanda. Tibis, *Maghilot*, *Magraphis*, *Zalzalim*, vtebantur. In Templo vero dum solennia per-

[Magna varietas musicae hebraicae.]

gerentur non omnes promiscuè intonabant, sed veluti in choros distributi Cantores alternantibus modulis concinebant. Voces enim, vt Calonimus recte ait, certis instru-

mentis maioris strepitus acutiorisque soni (vti Tubis, Trombonibus) Cymbalis, non miscebantur; ne vehementis pulsatilium strepitu suffocatae, vim verborum perderent; sed nablijs, mitiorisque soni organis adiungebantur; Nonnunquam sola instrumenta fidicina, interdum pneumatica; subinde κρουσά, alternis choris tantum percipiebantur, saepe tum inter se tum vocibus mista ad maiorem varietatem constituendam concertabant; Choragum omnium agebat ipse Regius Propheta Psalmorum Author, ex quibus ipse

[Cantores Davidis Eman. Idithun. Asaph.]

quosdam proprio ore cecinit; Erant enim si Sixto Senensi credimus, et à Dauide constituti quatuor millia canentium in organis; inter quos praecipui erant tres, qui iuxta eum in templo canerent cantica in Cytharis, Psalterijs, et Cymbalis, videlicet Eman, Idithum, et Asaph: quem Esdras testatur laudasse Deum per manus Dauidis Regis, hoc est Psalmis manu Dauid Regis conscriptis.

§ . V .

De Musicis Celebrioribus apud Hebraeos.

in ASaph filius Barachiae princeps Cantorum praeconantium cymbalis aeneis ac laudantium Dominum, ministrantiumque in conspectu Arcae, qui et ipse ex mente Interpretum, quosdam psalmos composuisse putatur.

Eman Ezraita, Cantor filius Ioël de filijs Caath, cymbalis et tuba peritissimus ipsique Ethan eruditione et sapientia quodammodo par, composuisse putatur psalmum octuagesimum primum cuius initium est, Domine Deus salutis meae, quem quia filijs Core cantandum praebuit, tam suo, quam ipsorum nomine inscripsit.

Ethan Ezrachi filius Assaiae de filijs Merari cymbalis aeneis concrepans tanta sapientia praeditus, vt teste libro Regum nemo vnde mortalium excepto uno Salomone illo fuerit sapientior; fuerunt et cantores insignes 3. filij Coreh, Asit, Elcana, Abiasaph, Psalmis componendis occupati.

Idithun cantor eximius, et Cytharaedus praestantissimus, quem multi cum Orpheo confundunt. Cum itaque tales et tanti essent, Diuinorum laudum choragi; imo scientia ad canendum sonandumque diuinitus imbuti; aequum est, vt eos non rudi et impolita vocum confusione, sed hymnos suos summo artifico et ingenio compositos, pari

[Praestantia musicae Salomonis.]

vocum excellentia decantasse credamus. Fuisse autem complures alios praesertim tempore Regis Salomonis, excellentissimos phonascos; penes quos erat chori diuinitus instituti potestas, nullus dubitare debet; decebat enim sapientissimum mortalium,

musica sapientissima, et omnibus numeris absoluta; omni Graecorum posteriorumque

<p57>

musica et excellentior, et concitandis affectibus efficacior; Qualis autem illa fuerit, aut quibus notis expressa, nesciremus, temporum nobis inuidit vetustas.

C A P V T . V .

De Musica Dauidis.

in2 HIs ita praemissis operaे pretium saltem fuerit, vt paulò profundiùs stylum modumque in hymnis componendis à Dauidē obseruatum hoc Capite discutiamus.

§ . I .

Vtrum Psalmi Dauidici soluta oratione, an verò carmine  
conscripti sint, et quo genere carminis?

in2 REfert Philastrius Brixensis fuisse Haereticos, qui Dauidem profanarum ac Saecularium cantilenarum fuisse compositorem assererent, qui error et Paulo Samosateno attribui-  
tur. Anabaptistae nostro hoc seculo aiunt librum Psalmorum non à Dauidē, sed à Re-  
centioribus quibusdam Iodaeorum post mortem Christi fuisse conscriptum. Ipsum ta-  
men sacrosanctum DEI Euangeliū psalmos allegans, facile eos refutat; Sunt alij qui  
existimant metricum scribendi genus esse molle et profanum et ad fabulas duntaxat  
ad inuentum, neque persuadere sibi possunt aliquos sacros libros vñquām poëticè con-  
scriptos esse; Quin et hanc ob causam librum Iob, fuerunt qui putarent non esse histo-  
riam veram, sed figmentum Tragico-comaedum Hebraeorum; Verūm nostrarum par-  
tium erit, hanc iniquam censuram prorsus abolere; et ex omnigena eruditione osten-  
dere, Dauidem, non alio nisi metrico stylo, suos psalmos composuisse.

Nequè desunt primò irrefragabilia Sacrae Scripturae Testimonia, quae id luculenter  
asserunt: Sacerdotes stabant in officijs suis, et Leuitae in organis carminum Domini, quae fecit  
[Dauid metrico stylo psalmos composuit.]

Dauid Rex, hymnos Dauid canentes per manus suas. Et 1. Esdrae 3. idem dicitur et 2. Reg.  
23. elegans locus sic habet: Haec sunt verba nouissima, quae dixit Dauid filius Isai, egre-  
gius psaltes in Israel. Et Ecclesiast. 47. de Dauid sic dicitur: Stare fecit cantores contra  
altare, et in sono eorum dulces fecit modos. Sunt qui existiment, quoties in Scripturis  
de carminibus fit mentio, de psalmis Dauidis intelligi, vt Ecclesiasti. 44. *Laudemus viros*  
gloriosos, etc. Et: In pueritia sua narrantes carmina Scripturarum. In pueritia enim sua  
videtur ibi legendum esse, non peritia, quamuis vox Graeca, quae ibi habetur vtrumquè

significet. Amauit autem ab incunabulis et à pueritia sanctus Dauid musicam piam  
(verba sunt August. epist. 131. ad finem) et in eius studio non magis ipse, quām vllus  
alius author accendit.

Secundò ex concordi totius Ecclesiae, et Patrum voce, asserentium Dauidem diuinum  
poëtam, et eius paslmos carmina esse, id ipsum concluditur. Vnde in hymnos de  
passione Dominie, (cuius author est Venantius Poëta Christianus) sic dicitur.

Impleta sunt quae concinit

Dauid fidele carmine

Et Sedulius in suo Paschali opere, sic ait:

Cur ego Dauidicis assuetus cantibus, etc.

B. Hieronym. in prologo Bibliorum ad Paulinum, de Dauide sic loquitur: Dauid Si-

<p58>

monides noster, Pindarus, et Alcaeus, Flaccus quoquè, Catullus, atquè Serenus Chry-  
stum lyra personat, et in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem, etc. Idem  
habet in Praefatione super libros Regum. Et D. Ambros. praefatione in psalmos, de Da-  
uide carminum praecentore sacro, simul et de Moyse duorum carminum compositore,  
diuina loquitur. De ijsdem duobus Euseb. lib. II. de praepar. Euang. cap. 3. dicit, eo-  
rum carmina esse hexametra, siue trimetra, siue tetrametra: et quae ad dictionem per-  
tinent, elegantissima, grauissima, et iucundissima esse: quae vero ad sensum, nulli ho-  
minum scripturae comparanda, ita ille. S. August. lib 17. de ciuit. 14. et epist. 131. ad  
fin[em]. Omnes hi mirè efferunt carmina Dauidis, causasquè, quae ipsum ad condenda carmina  
*pepulerunt, tractant.* His adijce S. Athan. in Synopsi de Dauide praeclarè loquentem  
Iosephus lib. 7. cap. 10. Dauid inquit, perfunctus iam bellis ac periculis, et in altissima  
pace degens, vario genere carminum Odas, et hymnos in honorem DEI composuit  
trimetro versu, partim pentametro, instrumentisque musicis comparatis, docuit Leui-  
tas ad pulsum eorum laudes DEI decantare. Cassiodorus Prologo in Psalterium,  
cap. 15. ait omnem modum poëticae loquutionis sumpsisse à diuinis Scripturis exordium,  
[Ab Hebraeis Graeci Poeticen didicerunt.]  
nempe à Dauide; Sicut et omnem aliam litteraturam ab Hebraeis, ad Graecos, et Latini-  
nos deriuatam, tradunt omnes. Certè ante Troiam conditam, ante Argonautarum  
nauigationem, ante exordium Olympiadum; iam Moysem, iam Deboram, iam Matrem  
Samuelis, iam Dauidem carminis leges ad amussim obseruasse, dum sua Cantica ad  
metricas leges composuerunt, luculenter patet; imò profanos authores multa hinc, te-  
ste Iosepho, Iustino, Origine, et Eusebio, mutuasse constat.

§ . I I .

De titulis Psalmorum.

[Psalmi compositi, vt canerentur cum Instrumentis.]  
in2 PSalmos cum organis et instrumentis musicis decantari solitos tituli eorum satis de-  
clarant. Id patet ex locis Scriturae, et Patrum relatis, maximè verò omnium ex  
ipsis psalmorum titulis, quorū plurimi voces quasdam habent, quae ipsa Instrumen-  
ta musica significant, ad quae decantandus erat psalmus talis vel talis, Ver. gr. Psal. 4.  
titulus sic habet פָּנָצֵל. In finem; In carminibus, Psalmus Dauid. Vox, In finem, non

[Vox, In finem in Psalmorum titulis quid sit?]

vno modo des varijs explicatur à Doctoribus. S. Hieron. vertit, Victori. Alij, Vincenti, vt Caietanus. Victur autem hic loci significat, vt Hebraei existimant, Praefectum cantorum, *il Maestro di Capella*. Erat enim in choro, Dauidis tempore Dux aliquis et Magister, qui tegebat cantores alios, cui et excellentior erat vox, et exactior rei musicae peritia: huicquè dabat Dauid psalmos canendos ad instrumenta musica. De hoc Victore (seu quem nos nunc vocamus Cantorem, à cantando: vel Choragum, quasi caput chori) sunt qui potent, in titulo psalmi quarti, intelligendum illud Abac. 3. *Et super excelsa mea deducet me Victor, in psalmis canentem.* Victor igitur idem est, quod Archimusicus, vel dux cantorum.

Quod verò sequitur in eiusdem psalmi titulo, *In carminibus*, multùm nobis fauet.

[In titulis Psalmorum notantur Instrumenta, ad quae cantandus erat Psalmus.]

Nam ex Hebraeis multi putant, vocem Hebraicam quae ibi habetur, significare certum Instrumentum musicum constitutum ad canendas res laetas, et triumphales, Vnde totus titulus, qui apud nos sic habet: *In finem, In carminibus*, habent Hebraei. *Praefecto Cantorum, ad Instrumenta musica*. Rabbi Salomon in expositione tituli psalm. 4. per hunc titulum significat conatum illum, quo se certatim cantores in cantando cum iubilo superare, ac vincere conabantur: omnes sic ex animo psallentes, vt quasi pro victoria contendere viderentur etc. Negari itaque non potest ad literam insinuari, psalmum ipsum, carmen esse: atquè adeò tanquam carmen cantandum in DEI laudem, licet in sensu spirituali, et altiori vox: *IN finem, Christum*, qui finis est, et Ecclesiae mysteria, quae in fine saeculorum gerenda erant, significet.

<p59>

[Tituli Psalmorum indicant Psalmos carmina esse.]

Rursus, Psalm. 5. sic habet למןץח הנגינות מזמור לדוויד *Carmen Dauidis Lyricum*, *Praefecto Cantorum*. Vbi Vatab. ad hannehiloth: ait. Erat insigne aliquod instrumentum musicum, etc. comissus fuit igitur hic psalmus Dauidis praefecto citharaedorum peritissimo, vt decantaretur ad hannehiloth. Et ita sentit etiam Lyranus. Et titulus psal. 6. est pro התמינוּת Octaua, id est, intensissimo tono, et clarissima voce: (in ὑπερδιαπάσων) nam haec vox octaua, vti alibi ostendimus, pueris, foeminis, viris promiscuè accommodatis-sima est, vt vel hinc pateat octauae vsum quem διαπάσων Graeci vocant, olim iam usur-patum fuisse. Hic psalmus datus fuit praefecto symphoniacorum admodum insigni, decantandus ad *Neghinoth*, instrumentum musicum. Vnde Chaldaeus sic vertit: *In*

על מותלבן למןץח Laudem laudatorio, citharaquè octo fidium. Et psalm. 9. Hebraicè habetur Psalmus ad *MuthLabben*. Et Psalm. 21. titulus habet על אילית השחר Carmen Dauidis de cerua matutina, id est, canendus ad modum cantilenae vulgaris, cuius initium Cerua matutina. Sic Vatab: nam et D. Hierno. etiam vertit, *Pro cerua matutina*.

Foelixm *Pro cerua aurorae*. Quae omnia apertè exprimunt psalmos ipsos carmina esse.

Alioqui prosas porationes ad instrumenta musica decantari, fateri debemus, quod paenè insolitum est et absurdum apud omnes Nationes. Sciendum enim est quòd sicut menti genug quo decantandae erant (videlicet, Tibijs paribus, vel imparibus, vt apud Terentium, Acta Iiudis Magalensibus duabus tibijs: quod et notauit Eugubinus in titulo Psal. 4. etc.) ita in Psalmorum titulis certa nominantur Instrumenta ad quae cantandi erant vt ostendimus.

[Torcularia in titulo Psal. 8.]

Sed et Psal. 8. titulus praeteriri non debet. Nam sic habet: *In finem pro Torcularibus*. Rabbi Davuid putat, vocem Hebraicam, quae ibi habetur scilicet, Githith, esse nomen Instrumenti musici, ad quod canendus erat psalmus ille. Alij, esse nomen Vrbis Philistinorum, quae vocatur Geth: eò quòd in illa Ciuitate fuerit à Dauid decantatus ille psalmus: seu quòd Instrumentum ad quod erat canendus, ex vrbe illa esset adductum, vt apud Pindarum, Phorminx Doria. Ita enim Rabbi Salomon, vt et Lyranus hic. Addit et hic Caiet. eam citharam habuisse formam torcularis, et tymologiam eius vocis à torculari sumi. Vnde 70. et D. Hieron. verterunt hic, Torcularia. Alij dicunt idò nuncupari hunc psalmum. Githith, quòd traditur fuerit decantandus cuidam cantori filio Obededon Gethei. Ego arbitror fuisse dictum ab Vrbe Geth in

quà vigebat huiusmodi melos, sicuti Graeci dicebant; *Cantica Doria, Lydia, Phrygia* à populis, apud quos erant in vsu; vsusquè hodie adhuc viget. Quamuis forsan etiam à torculari nomen acceperit, quòd tempore torcularium, in festo Tabernaculorum.  
Leuitici 23. Nec est incommodum in gratiarum actionem pro feracitate anni, et vberitate vindemiarum, hunc psalmum tempore torcularium cantari solitum, simul et Psalmum 80. et 83. qui eodem titulo sunt insigniti, etc. Dummodò haec in sensu mystico aliora mysteria Christi et Ecclesiae etiam significant; quod ego non solùm non damno, sed potius vehementissimè eos arguendos censeo, qui cortice illo literae nudae contenti, et similis pasti, verum cibum, qui in spirituali sensu praestatur, abijciunt.

[*Vox Selah. 73 vicibus in Psalmis posita quid significet.*]

Quid porrò sit vox ista *Selah*, solet multùm negotij facessere Doctoribus. Primò vox ista in codicibus Hebrais nusquam reperitur, (vt benè Caiet. in Psalm. 3. notat) nisi in Psalmis (et quidem septuaginta tribus vicibus) et in Cantico Abacuc cap. 3. semel. Inde redditur probabilis sententia communis Hebraeorum, quòd sit vox ad metri cantum pertinens. Vnde quidam dicunt, per vocem illam significari mutationem metri,, siue διαψάλμα. Alij mutationem cantùs. Alij eleuationem vocis. Alij pausae, vel silentij interiectionem, seu pausationem Spiritus Sancti. Alij diuisionem sententiae, id est, finem vnius, et exordium alterius. Alij, cuiusdam musicae varietatis exordium, etc.  
Atquè ita fieri potest, vt omnes istae significationes in vnum conglobatae totalem et ple-

<p60>

nam huius particulae vim exprimant. Deducitur autem vox *Selah*, à radice *Salal*, vt Pagninus in Thesauro Linguae Santræ notabat, à verbo *Sal*, et verbo *Salal*. Vbi ex Rab. Abraham dicit, vocem *Selah*, non esse significatiam, sed directiuam cantùs, et deduci à verbo *Salal*, quod significat exaltare, vel eleuare, vel exaggerare. Quo circa Vatab. in maioribus 3. Psal. Scholijs, sic ait: Olim solebant cantores, quoties haec vox occurrerat, vocem intendere, et exclamare, ac si dicerent; *O grauem calamitatem: videant eam et perpendant omnes amici nostri.* Caiet. super Psal. 3. idem habet, et dicit, hanc vocem esse officiosam, id est, habere officium eleuandæ, et producendæ vocis. Idem Rabbi Abenezra asserit. Ex quibus colligo, eleuationem cantùs, et intermissionem cuiusdam silentij significari per hanc vocem, quod et in Italicis cantionibus per *piano*, forte exprimitur; Vel etiam isto vocabulo pausando intelligi ἄποιντις et θέσιν totius Musurgiae modratricem; de quibus vide me alibis fusiùs tractantem.

### § . III .

De Acrostichis Psalmorum versibus.

in2 NEscio sanè quid musici mysterij lateat in eo; quod psalmi nonnulli, insigni sanè [Psalmi alphabeti ordine compositi et cantati.] artificio, ordine alphabeticō conscripti sint. Qui scribendi stylus per literas alphabeti, ita vt vñusquisquè versus ab vna litera, suo ordine incipiat, est modus proprius metrorum et carminum. Et quidem D. Hilarius super Psal. 118. tres tantùm psalmos dixit esse acrostichos, id est, ordine alphabeti compositos, videlicet Psal. 110. et 111. et 118. D. Hieron. in Epistola ad Paulum Vrbicam, illis tribus addidit aliud, videlicet 144.

[Semptem sunt psalmi conscripti aphabeticè] fallique dicit eos qui plures existimant esse tales. Ipsa tamen veritas Hebraici Psalterij certè prater illos, habet etiam psal. 24. 33. 36. sed hic interpolato progreditur alphabeto. Quod observabat Caiet. super illos psalmos. Titelm. Ianse. Geneb. et Sextus Senen lib. 1. suaे bibliot. verbo *Psalterium*, Hoc etiam alphabetario ordine conscripti sunt Threm Hieremiae. et cap. 31. Proverb quod appellatur, Metropaedia Samuelis Re-

[Ratio compositionis acrostichae.] gis. Ratio autem (quae literalis esse videtur huius compositionis acrostichae) ea est, vt traditur à Rabbi Dauid Chimchi, et à coeteris Hebraeorum Doctoribus, vt Sextus et alij

aduertunt. Quod Poëtis Hebraeis sit familiare et consuetum, vt carmina, quibus illu-  
stria quaedam argumenta tractantur, iuxta seriem alphabeti disponant, vt faciliùs me-  
moriae imprimantur, et impressa tenaciùs haerant. Licet et id sit verum, quòd D. Hie-  
ron. et veteres alij (vt notabat Genebr.) existimant, no sine magnis mysterijs, et Eccle-  
siae Sacramentis, hac literarum ferie digestos fuisse psalmos. Vide Hieron. in Epist. illa  
ad Paulam Vrbicam, quae incipit Nudius tertius tom. 3. etc. Sed mèa nunc non interest  
tropologias et anagogias, sed nudam literam persequi.

Similiter in hymnis Eccleiae habemus huius rei exemplum: nam Presbyter Sedulius  
hymnum composuit alphabeticè. Nam à litera A, incipit, hvm. *A solis ortus cardine*, deinde  
B. Beatus author saeculi. Et tertio, C. Castae parentis viscera, etc. Cuius quidem hym-  
ni pars est ille, qui canitur in die Epiphaniae, *Hostis Herodes impiè*. Et deinde I. *Ibant*  
*Magi quam viderant*, deinde L. *Lauacra puri gurgitis*, et sic proceditur vsquè ad X.  
et Z. in Hymno non correcto.

[Quòd in Psalmis acrostichis aliquando omittitur aliqua litera.]

Sed praeterire non possumus id quod ab alijs tangitur, quid videlicet causae fuerit,  
quòd in illis commemoratis septem Dauidicis psalmis, aliquando alphabeti ordo per-  
uertitur. Nam in psal. 24. duae literae omittuntur, scil. *Vau*, et *Koph*, à quibus nullus  
incipit versus. In psal. 33. omittitur rursus litera *Vau*. In psal. 36. à qualibet litera  
Hebraica incipit duplex versus, et interdum triplex; omittitur verò *Hain*: nam ab illa  
nullus incipit versus: et loco eius bis ponitur *ZadeK*, vel *Tsade*. In psal. verò 144. deest  
litera *Nun*, atquè adeò etiam in Hebraico codice desideratur versus ille, qui ab illa lite-  
raincepturus erat: quamuis 70. interpretes de suo addiderint versum, qui illi literae

<p61>

correspondebat, scil. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* vt integrum facerent versum numerum. Quid hic lateat mysterij, aliqui tetigerunt, plures omnino praeterierunt. Ego arbitror hunc defectum successum temporum ex varià exemplarium transcriptione irrepsisse. quidquid alij sentiant.

§ . IV .

De tropis et figuris, atquè arte poëtica in psalmis latente.

in2 REperitur praeterea in huiusmodi psalmis totius poëticae artis epitome; scil. verae [In Psalmis Davidis reperiuntur omnes flores, et schemata Poetarum.] poëseos modi, tropi, schemata, metaphorae, hyperboles, allusiones, prosopopaeiae, aposiopes, apostrophes, epiphonemata, etc. Et alia siue dictionis, siue sententiae quam plurima ornamenta Poëtarum, et versum propria. Praesertim vero quae ad dictionem pertinent, et sine rythmo, ac sine metro vix bene fiunt. Cum ergo in Dauidis psalmis tam benè, tam appositè, et exactè fiant, dicendum psalmos ispos esse vera carmina: nec [Epizeuxes in psalmis.]

solum vera, sed et elegantissima. Nam in psalmis multae sunt figurae poëticae. Ut in primis Repetitio, vt psal. 136. Qui dicunt exinanite, exinanite. Et illud, Qui dicunt mihi, Euge, euge. Psal. 36. Rex virtutum dilecti, dilecti. Et Psal. 67. Qua figura similiter vtuntur poëtae, vt Virgil.

*Ipsa sonant arbusta DEVS, DEVS ille, Menalca.*

[Versus intercalaris.]

Item: Interpositio versus intercalaris, ad quod orationis genus, nisi ad metricum, pertinet? Vt Psal. 105. Confiteantur Domino misericordiae eius, et mirabilia eius filijs hominum. Et Clamauerunt ad Dominum cuim tribularentur. Quae sexies in illo psalmo repetuntur. Et Psal. 117. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem, saepius iteratur. Et Psal. 23. Attollite portas, etc. Bis etiam repetitur. Vt sexies in Virgilio, in Pharmaceutria, illud:

*Incipe Maenalias tecum, mea tibia versus, etc.*

*Et Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnem, etc.*

*Similiter vtitur Apostrophe, seu Conuersione ad diuersam personam, vt Psal. 136.*

Filia Babylonis misera, etc. Et Psal. 113. Quid est tibi mare, quod fugisti? etc.

Sic Poëta: Troiaquè nun stares, Priamquè arx alta maneres.

Adhibet et Prosopopaeias frequentissimè vt: Psal. 18. *Coeli enarrant gloriam DEI.*

Et Psal. 94. Flumina plaudunt manu, etc.

Ita et Poëta: *Maenulus argutumquè nemu, pinosquè loquenteis*

*Semper habet, semper pastorum ille audit amores.*

Deniquè (vt innumera alia omittamus) Reuersio ad primum initij versum, ita vt extre-  
mus versus et primus psalmi sit idem, an non argumento est psalmum esse metricum?

Vt Psal. 8. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Epilogus est, qui fuit prooemium. Vti et in psal. 102. et 103. Sic facit etiam Homerus  
in hymnis suis, et Theocritus, vt videbis in Eugubino in psalmum 8. in fine. Quae non sine  
mysterio facta, arbitratur Euthymius. Nam sicut Christus (de quo in illo psal. 8. erat  
sermo) tanquàm per circulum, illuc vnde venerat per incarnationem, reuersus est per  
ascensionem: ita psalmus tanquàm in orbem recurrens, in hoc ipsum desinit, vnde  
sumpsit initium. Hanc ob causam per *Mem* clausum, (quod quasi in orbem reductum,  
principio caret et fine) significatur Christi regnum perpetuum, contra totam naturam  
illius elementi Hebraici, quod apertum aliàs semper esse solet in initio et medio dictio-  
nis. Vide Isa. cap. 9. in verbo לְסַרְבָּה Multiplicabitur. Sed de hac probatione satis su-  
perequè dicum est.

<p62>

§ . V .

De diuersis metris, quibus Psalmi conscripti sunt.

[Dauid Poeta Tragicus, Comicus, Satyricus, Heroicus, Elegiacus, etc.]  
in2 CErtum est Dauidem Lyricum, Tragicum, Comicum, Satyricum, Heroicum,  
Dramaticum, Epithalamicum, Elegiacumquè Poëtam in omnibus se exhibere  
iuxta exigentiam materiarum; Iam enim canit heroicè regnum Christi, et eius victo-  
rias, et Sanctae Ecclesiae progressus et glorian.

Iam canit Tragicè, seu potiùs deflet casum Adae, et humanae conditionis miseriam,  
et Christi innocentissimi agni atrocissimam mortem.

Iam Satyricè inuehitur in corruptissimos sui saeculi mores.

Iam Elegiacè Epitalarium Christi et Ecclesiae personat.

Iam suorum maiorum, et antiquarum rerum memoriam suscitat, Heroicè de-  
cantando.

Iam demùm diuinas laudes intonat, omnesquè mortales ad eas inuitat, et excitat.  
Et etiam paranaeticè monet, et bonis imbuit moribus. Introducit interdum veluti in  
Comoediam diuersas personas: Iam Adam cum tota sua posteritate, suam deflentem  
sortem: Iam Christum de suis persecutoribus conquerentem. Iam Ecclesiam Scantam  
circum quaquè ab hostibus concussam, coelestem imporantem opem. Iam hostes ip-  
pos se ipsos ad flagitia cohortantes. Iam Deum eorum scelera vindicantem. Iam Chi-  
stum de hostibus, gloriosè triumphantem, etc. Iam loquitur author solus, vt facit Virg.  
in Georg. etc. Iam more drammatico (vt fit in Eclogis,) solae loquuntur perso-  
nae, quae introducuntur. Iam mixtim, et Poëta, et interloquentes, vt aliquando in Ec-  
logis, et in Aeneide fit. Quae tria genera enumerauit D. Isidor. lib. 8. Etymolog. cap. 7.  
in fine. Iam soliloquia, quibus animam suam alloquebatur et solabatur tacitus, qui-  
busquè DEVm mente precabatur, componebat, etc. Atquè adeò nullum poëmatum  
et metrorum genus excogitari potuit vnquam, in quo vates noster, colestisquè Poëta  
Dauid non esset diligentissimè versatus.

Sed quaeritur quo carminis genere dictos Psalms scripserit? Hieronymus ad Paulam  
Verbicam, in Epist. quae incipit. Nudius tertius, tom. 3. quosdam psalmos dicit, tri-  
metro iambico constare, alios tetrametro iambico. Et duo prima alphabeta Threno-  
rum Hieremiae quasi sapphico metro, inquit, scripta sunt; Tertium alphabetum trime-  
tro, etc. Et in Praefatione libri Iob, ait à tertio capite Iob, vsquè ad 41. ait, Hexametros

[Quo carminis genere scripti sint psalmi.]

versus esse dactylo. spondaeoquè currentes. Et super Psal. 118. initio, sic ait: Refert Iosephus lib. 7 Antiquitatum, cap. 10. ait trimetro versu, et partim pentametro compositos esse Psalmos Dauidis. Praeterea Eusebius Pamphili; sunt inquit etiam apud eos (Iudeos) artificiosissima carmina, vt Moysis cantus ille magnus, et 118. Psalmus. heroico metro, quod hexametrum dicitur, componuntur. Sunt alia quoquè trimetra et tetrametra: sed quae ad dictionem pertinent elegantissimè, gravissimè. iucundissimèque composta sunt. Quae verò ad sensum spectant, nulli hominum scriptureae comparanda sunt etc.

Rursus D. Isidor, omnes psalmos apud Hebraeos, metrico carmine compositos asserit. Nam in morem Romani Flacci, et Graeci Pindari, nunc ait alij iambo curreunt, nunc Elegiaco personant, nunc sapphico nitent, trimetro vel tetrametro pede incedentes. Et haec sunt quae apud H[eronymum], Iosephum, Eusebium, Isidorumquè omnigena litteratura praestantes viros reperire potui; nam Recentiorum Doctorum in hac re vetustissimma, rationem habendam non esse putau.

<p63>

[Authoris sententia.]

Ne verò nihil in re hac tām obscura dixisse videremur, visum mihi est operae pretium iam allatis, aliqua adhuc, quae lucem aliquam tenebris istis asserent, annexere.

Dico igitur non esse existimandum Hexametros, trimetros, et sappicos Hebraeorum versus, esse eiusdem generis cum carminibus Poëtarum nostratium eademquè pedum qualitate, quantitate, ac dispositione constare; sed diuersam esse dispositionem, situm, et ordinem peduim. Quia peruetusta illa Hebraeorum poësis saepè inter Dactylos, et spondaeos, alios quoquè pedes recipit, variato interdum etiam ordine sedium, in quibus apud nos collocari solent pedes. Quin D. Hieron. Huic nostrae sententiae multūm fauet, dum praefatione in Iob, sic ait, de Hebraicis versibus loquens: Propter linguae idioma crebro recipiunt alios pedes non earundem syllabarum, sed eorundem temporum, interdum quoquè rythmus ipse dulcis, et tinnulus numeris pedum solutis; quod Poëtis solis innotescere potest.

Ad rem igitur dico, Hebraeos interponere solere, contra nostrorum Poëtarum consuetudinem, suis carminibus rythmos, quosdam inusitatos quos simplex Lector intelligere non potest, sed solūm metricae artis peritissimus. Sanè nec apud nos singula rythmorum genera eundem syllabarum numerum, ac eosdem fines carminum retinent, vt in Panglossiā Musurgicā ostendemus. Nec profectò absquè ratione usurpant Hebraei hoc Poëseos genus; vtpote quod mirum in modum polleat ad excitandos in hominum animis omnis generis affectus, vt satis constat ex Spalmis Dauidis. Hic enim suis Poëmatibus admirandos prorsus ac paenè incredibiles effectus peperit.

Fabulae sunt, et Poëtarum commenta de Amphione, et Orpheo, quòd lyrae sono sylvas et saxa mouerint, fluuios decurrentes continuerint, feras edomuerint, et Euridicen Orpheus abinferis reuocauerit. Solus est noster hic alter diuinus Orpheus, qui maiora effecta verè fecit, quām illi falsò de his fabulati sunt. Hic enim cytharà suā petras fregit, syluas flexit, fluuios affectum rapidissimè per praeципitia delabentes, cohibuit; feros et immanes animorum mores domuit: Cacodaemon de multorum Saulorum animis exturbauit, atquè deiecit. Nequè vnam tantūm reduxit Eudiricen, eamquè continuò amisit, sed innumeratas hominum animas è barathro inferorum abductas in auream illam omnisquè aerumnae expertem vitam ac lumen reuocauit. etc.

[Psal. 111. cuius singuli versus ordine alphabeti incipiunt.]

Verūm ne quicquam indiscutsum relinquamus, hoc loco specimen adhuc quoddam

dabimus, omnium eorum quae huc usque dicta sunt, explicatuum, in quo luculentiter patebit, et psalmos fuisse metricos, et in Ecclesia Hebraeorum fuisse metrico artificio cantatos; Apparet hoc artificum maximè in Psalmo 111. in quo singuli versus iuxta literarum Alphabeti hebraici ordinem digesti cernuntur, in quo subinde ὄμοφωνα subinde non; Interdum trimetra nonnunquam aliud et aliud Iambici genus reperies, sed totum negotium exemplo demonstrasse sufficiat. Sic igitur in Psalmis Dauidicis multa multorum generum sunt carmina, multi versus, atque rythmi: quae tamen non nisi à linguae hebraeae peritissimis penetrari possunt.

<p64>

Specimen Poeseos Hebraicae in Psalmo 111.  
elucescentis.

אשרי איש יראת יהוה במצוותינו חפץ מאוד גтол בארכץ יהיה זדנו דור ישרים יבורך זון ועשר בביתו צדקתו עמדת לעד זרח בחשד אוור לישרים חנון ורחום וצדיק טוב אש חנון ומלווה יכלכל דבריווב במשפט כי לעולם לא ימושט לזכר עולם יהיה צדיק מ שמוועה רעה לא יירא בכון לבו בטוח ביהוה סמוד לבו לא יירא עד אשר יראת בצריו פזר נתן לאב יוננים צדקתו עמדת לעד קרנו תרומם בכבוד רשע יראה וכעס שנינו יחרוק ונמס תאות רשעים תאבד	Beatus vir qui timet Deum In mandatis eius volet nimis Potens in terra, erit semen eius Generatio rectorum benedicetur Gloria et diuitiae in domo eius Et iustitia eius stat in aeternum Ortum est in tenebris lumen rectis Benignus misericors et iustus Bonus vir benefacit et commodat Dispensabit res suas cum iudicio Quia in saeculum non commouebitur In memoriam perpetuam erit iustus Ab auditione mala non timebit Rectum est cor eius confidens in Deo Fulcitum est cor eius, non timebit, Vsque dum videat in hostibus suis Dispersit dedit pauperibus Iustitia eius stat in aeternum Cornu eius exaltabitur in gloria Impius videbit et irascetur Dentibus suis stridebit et contabescet Desiderium peccatorum peribit.
--	--

§. VI.

De Musica moderna Hebraeorum

in2 HActenus Veterum, modò hic breuiter Modernorum Hebraeorum Musicam dis-  
cutiamus; Vt Moderni Musici Psalmos, aliasquè lectiones in Synagogis melius  
peragant, certis accentibus musicis vtuntur, quos integro volumine descriptsit R. Co-  
lonymus, quem vide; horum enim quisquè prout inm sublime circulariter attollitur, vel  
in imum deflectitur, vel vbique simili tenore compositus incedit, ita vel efficacie mi-  
nus aut plus ponderis habere putatur. Quare ne in negotio à Capnione vel Munste-  
ro tradito, diutiùs immoremur, hoc loco specimen dntaxat quoddam exhibebimus

<p65>

accentum notis Musicis expressorum, quibus אֲשֶׁר־כֵּן־זִים siue Hebraei Germani et ex parte Itali suis in Synagogis vtuntur. Vtrum verò Hispani, aut Galli, orientalesque Hebraei, alias vocum flexuras in dictorum accentuum pronunciatione forment, neodum cognoscere licuit. Accentus itaque, vbicumquè ponuntur, talem et talem clausularum processum cantoribus formandum esse, et non alium denotant; sunt autem Musici accentus sequentes.

Pinax Accentuum Musicorum.

שְׁלַשְׁלָת	Zeichen	Schilcheleth, Catena
סְגָלָה	Zeichen	Segla, proprietas siue
תְּלַשָּׁא	Zeichen	Talsa, Eradicator
פְּזֶר קְטוֹן	Zeichen	Pazer caton, dispersor
קְרָנֵי פָרָה	Zeichen	Karne pharah, Cornua
שְׁנֵי	Zeichen	Schene gerisin, duo
יְתִיבָה	Zeichen	Iathib, sedens
פְּשָׁטָא	Zeichen	Pasta, extensor
קְדֻמָּא	Zeichen	Kadma, Antecessor
זָקֵף גָדוֹל	Zeichen	Zakeph gadol, Erector
אַתְּנַחְתָּא	Zeichen	Etnachta, spirarium
זָרָקָא	Zeichen	Zarca, sparsor
לְגֹוְרְמִיאָה	Zeichen	Legormiah, exossator
רְבִיעָה	Zeichen	Rabia, imminens
תְּבִירָה	Zeichen	Tabir, fracter
טְרָחָא	Zeichen	Torcha, labor
סְוִיכָה פְּסָעָק	Zeichen	Soph pasuc, finis versus

פָּסָק	Zeichen	Pasuc, diuisor
אַזְלָא	Zeichen	Ezla, ambulator
מָארִיךְ	Zeichen	Maarich, protractor
שְׁנֵי	Zeichen	Schene huterin, duo
דְּרָגָא	Zeichen	Darga, gradus
תְּלִישָׁה	Zeichen	Talisa Ketana,
סָחֶפֶה	Zeichen	Sachpha, discus euersus
שִׁיר מַחוֹפָר	Zeichen	Schophar mechopher,
עַלוֹוי	Zeichen	Alui, sublimis
מִכְרָבָל	Zeichen	Mecarbel, cornu

Nota hoc loco accentus hosce musicos non ad canendum tantum, sed ad pulchram pronunciationem esse institutos, vt scias scilicet, vbi suspendere spiritum, quo loco versum distinguere, vbi comma figere, vbi colon apponere debeas, vbi versus claudatur, vbi incipiat, quid lentiùs, celeriùs, concitatiùs leniùs deniquè ac temperatiùs tardiusque sit efferendum.

<p66>  
Clausularum, quas accentus exhibent, in Notis  
Musicis expressio.

[Notenbeispiel, in quo antedictae clausulae depinguntur]

<p67>

[Forts. Notenbeispiel]

Atque ex hisce facilè lector intelliget rationem Musicae Hebraeorum tum antiquae, tum modernae. Nihil igitur restat nisi, vt tandem fusioribus hisce discursibus finem imponentes, ad alia nos conferamus.

C A P V T . VI .

De Musica veterum Graecorum, eorumque  
Instrumentis.

[Graeci multa ad musicam spectantia a Salomone hauserunt.]  
in2 NEmo nisi forsan rerum arbiter, negare potest, omnes scientias, vti ab  
Hebraeis primùm ad Graecos, partim ad Aegyptios, ita et Musicam ad  
eosdem translatam ingentia nullo non tempore vtrobique incrementa sumpsisse;  
Quis enim curiosissima Graecorum ingenia continere poterat, quo minus fama illa per  
vniuersum mudnum de incomparabili tum Dauidis, tum Salomonis sapientia sparsa,  
quo minus inquam eò se conferrent, vbi tanta erat rerum admirandarum facies, tanta  
cantatorum cantatricumque multitudo, tanta instrumentorum musicorum exquisi-  
tissimo ingenio constructorum varietas, tam inexhaustus denique omnium artium  
scientiarumque potissimum verò tam exactae rerum naturalium notitiae Oceanus? Vno  
totius humanae sapientiae resideba Oraculum Salomon. Certè Orpheum, Linum, Am-  
phionem prima graecae sapientiae lumina illinc omnia sua traxisse, faille hoc loco demon-  
strare possem, nisi hanc materiam exquisitori argumento pertractandam Musicae hier-  
oglyphicae reseruassem. Quare hoc loco corticem tantum Musicae Graecorum, instru-  
mentorumque ijsdem vsitatorum exhibendam duximus, nucleo in peculiares huius  
Musurgiae tractatus reseruato. Ad rem igitur.

[Lyra tetrachorda Mercurij.]

Refert Boëtius ex Nicomacho Geraseno, quod primum Instrumentum musicum  
fuerit à Mercurio (quem multi cum Hermete Trismegisto confundunt) inuentum;  
Quis autem hic Trismegistus fuerit, cùm in Oedipo fusè discutiamus, argumentum  
caeteroquin mirum quantum perplexum, hoc loco silentio suppressum duxi; Erat  
autem hoc Instrumentum secundum mundanae elementarisque musicae analogiam  
quatuor chordis instructum; quo abdità quadam ratione harmonicam illam ta-

tractyn in 4. elementorum constitutione elucescentem, denotabant, simulque omnes consonantias eodem exhibebant hoc ingenio; vt prima chorda ad secundam, id est hypate ad parhypaten, diatessaron; secunda ad tertiam, id est parhypate ad lichanon tonum, tertia ad quartam, lichanos scilicet ad Mesen alteram diatesaron; parhypate verò ad Mesen diapente, hypate denique ad Mesen diapason sonaret, vt in apposito

<p68>

exemplo patet; cuius mysticas rationes alibi fusius explicamus.  
Huic Mercurio multis post temporibus successit Coraebus filius Ly-  
dorum Regis qui cytharae hermeticae tetrachordae adiunxit quin-  
tam chordam; cui postmodum Hyagnes Phryx Pater Marsiae pri-  
musque Tibiarum author sextam chordam adiunxit; Quam im-  
perfectam deprehendens Terpander Lesbius eidem septimam ad 7  
planetarum harmoniam denotandam, adiecit; Lycaon deinde  
octauam, id est 7 planetis, adiunxit firmamentum. Prophastus ve-  
rò Periota, vel vt quidam volunt, Perinthus, nonam; Estiacus  
Colophonius decimam; Timotheus denique vndecimam eidem  
addidit, creuitque chordarum augmentum in tantum, vt poste-  
ri non contenti numero chordarum hucusque recensito, ad 36 I  
imo 46 chordas (vti Epigonius Ambraaciota fecisse legitur) ascen-  
derint; Ex quo dein veluti seminario quodam, omnis generis,  
Lyrae, Cytharae, Magades. pectites, Sambucae, quas in libro sex-  
to descriptsimus, emerserunt. Hyagnes verò lituorum inuentor,  
innumera polycalamorum genera inueniendorum alijs occasione  
dedit; atque haec breuiter de instrumentis, qui plura desireat, vi-  
deat VII. librum vbi ex professo de ijs tractauimus.

§ . I .

De modo cantandi graecis vsitato.

in2 PRimaeui Musici non multorum Instrumentorum simul concordantium stre-  
pitu gaudebant, neque complurium vocum symphonìa vtebantur. Sed ex-  
citabant Auditorum animos varia voce ad sonum Lyrae, aut tibiae summa industria  
accommodata iuxta illud.

Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

Hoc pacto Homerus Cantantes Achillem, Femium, et Demodocum introducit, iuxta  
hunc tenorem seruabant quoddam Musicorum genus, Rapsodum dictum, versusque

[Musica Graecorum veterum qualis.]

Poëtarum cantando recitare, et explicare solebant: hac ratione, Platone teste, versus  
Homeri interpretabantur ad sonum Lyrae; Modulatio verò nunquam à duabus simul,

[Quid chorus?]

sed alternis intonationibus peragebatur, ita apud Theocritum Pastores Daphni, et Menalca, et Virgilium Dameta, et Menalca alternis ludunt vocibus. Chorus verò dicebatur 50 circiter Lyricorum Poëtarum cum Poëmata sua propria, tum laudes Deorum, eorumque, qui ex Olympicis ludis victoriam insignem reportassent, decantantium congregatio; Atque pro decantatarum laudum praemio boue donabantur. In huius modi quoque Choros Rusticos distributos pro fructibus terrae concessis iuxta altare victima instructum, et ad sonum tibicinis Baccho vota persoluisse tradit Phornutus. Cùm verò Poëta subinde nimià animi contentione deficerent, in locum cantatis puer, teste Liuio, sufficiebatur. Vnde deinde sonsuetudo histriorum in theatris versus Poëtarum canentium inoleuit, iuxta illud Horatij.

Ignotum tragicae genus inuenisse Camaenae

Dicitur, et plaustris vexisse Poëmata Thespis

Quae canerent, agerentque per uncti faecibus ora.

Pari ratione sonante Cytharaedo, et cantante Poëma quodpiam, caeteri saltus, choreasque agebant iuxta Virgil.

Ingeminant plansus Tyrij, Troesquè sequuntur. Et alibi.

Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.

Atque hoc pacto laudes suas persolutebant.

<p69>

§ . I I .

De Odis Lyricorum, et materia Poëmatum, et de legibus musicalibus.

DIuiditur Oda Pindarica in tres partes; Prima pars Odae στροφή; Secunda ἀντιστροφή  
Tertia ἐπωδός dicitur, suntque versus Lyrici, ad sonum videlicet Lyrae, aut Cy-  
tharae cantari soliti: Dicebatur, autem strophe, quod dum illa pars caneretur, saltan-  
[Quid stropha et antistropha, ἐποδός?]

tes retroacti à dextrà versus sinistram procederent; dum verò Anstistrophe cantabatur  
contrarium modum in saltando tenerent saltatores; dum verò ἐπωδός sonabat, tanquam  
fessi, et veluti pausà quādam inter postitā aliquantis per ijdem requiescerent; atquehic  
modus saltandi in hunc vsque diem apud Cretenses durat. Vtebantur autem in hu-  
iusmodi solemnitatibus Arcades Vtriculo, Siculo Pectidibus; Cretenses Lyra; Lacedae-  
[Pro diuersis gestis, diuersis instrumentis vtuntur.]

monij, Tibijs, Cornibus Thraces, etc. Hos secuti Romani, in Comaeijs exhibendis  
Tibijs, et Calamis siue fistulis vtebantur; quas dextras, et sinistras vocabant, horum  
enim operà proprietatem Comaediae addiscebant. Nam quando Comoedia erat de  
re graui, et serià, Aulaedi sinistro calamo grauem, et seueram exhibebant harmoniam;  
quando verò Comoedia erat festiuia, iucunda, amoena, Aulaedi sinistro calamo mate-  
riae congruam personabant harmoniam, scilicet, festiuam, iucundam, amoenam, etc.  
Materiam denique mistam; mistà harmonià decantabant.

Erant quoque huiusmodi fistulae duplicis generis, scilicet, Seranae, et Phrygiae; Sera-  
nae dicebantur ob foraminum paritatem, pares; Phrygiae contrà ab imparitate forami-  
[Fistulae Seranae et Phrygiae.]

num dicebantur impares; Phrygia Varrone teste, vno constabat formaine, Serana  
duobus; Nonnulli Plinio teste clalamis aquaticis seu arudinibus vtebantur, quas certo  
anni tempore circa occasum Arcturi secantes triennali exsicatione peractà tandem  
in Aulos, et fistulas efformabant; ad quod faciendum ab ipsa quasi naturà inuitari vi-  
[Arundines in fistulas efformabant antiqui.]

debantur, quae in arundinibus ita partes internodes disposuit, vt per nodos resectae, ac  
in fistulas accomodatae, vt longitudine, ita et sono different, et in eà quidem propor-  
tione, vt prima seu longissima fistula ad proximam vno praecisè tono variet, ad octauam  
verò sonet diapason, et sic loquendo de alijs intermedijs. Verum de his consule librum 7

vbi de his ex instituto agitur.

Porrò argumenta musicae Veterum alia erant Versus in laudes Deorum summo artificio, et ingenio, (cuiusmodi, v.g. sunt hymni Orphei) compositi; alia laudes et Encoria hominum illustrium ex victorijs Olympicis, Pythijs, Nemeis, Istmijs insignium (vti Odae Pincaricae) continebant; Alia Apithalamios (vti Catulli Poëmata) amores exhibebant; alia funerum, et luctus Neniarum materiam praestabant; cuiusmodi erant Epidimiae ad pestiferam contagionem profligandam institutae, etc. Alij denique matrías cantabant tragicas, comicas, aliaque similia plena grauitatis, seueritatisque argumenta. hoc pacto Demodocus composuit gloriosa celeberrimorum hominum facinora, contentionem Vlyssis cum Achille, Veneris et Martis Apologum, Equum Troianum, etc. Foemus adulterium Martis, et Veneris carmine cecinit, non ad iucitandam, [Neronis insolentia in comoedijs.] sed a deuitandum luxuriam, instituto. Ad horum exemplum scelestus Nero (vt Suetonius narrat) ad sonum Cytharae laruà obtectus Niobes decantabat Mythologiam, varijsque tragaedijs intermixtis nunc Canacem referebat parturientem, modò Orestem Matricidam, iam Herculem furiosum, etc. Verbo materia quam canendo recitabant Antiqui, historiae erant omnium earum rerum, quae ab origine mundi vsque ad ipsorum tempora contigerant, admirandum.

In quibus non promiscua, et inconsulta. Sed Rhythmis versibusque harmoniae congruis affectiones mortalium veluti moderabantur; Vnde, et huiusmodi harmonicae

<p70>

modulationes, non sine maxima ratione, et mysterio nomi, id est, leges dictae sunt, quas mutare sub poenà grauissimà non icebat, vt potè eo fine institutas, vt ad sonum cytharae, vel Lyrae incitatae, et animum sua afficerent harmonia, et memoriam audientium

[Harmonicae modulationes cur dictae nomi?]

ad eas firmius retinendas excitarent. Erantque triplicis generis, quarum aliae canebantur cytharà, vel Lyrà, aliae tibia, vel calamis siue fistulis; vltimae vtrique communi perficiebantur harmonià; Praterea praefatae illae modulationes sortiebantur diuersa nomina, vel à populis apud quos vigebant, vt Ioniae, Aeoliae, Baeotiae, vel à Rhythmis, et versibus, vt Orthiae, Trochaeae, vel à modis, vt Acutae, Tetraaediae; vel ab Inuentoribus, vt

[Leges Pythiae.]

Terpandriae, Hieraciae, vel ab euentu, vti Pythias etc. Erat autem Pythia lex, cuius argumentum continebat certamen Apollinis cum Serpente Python, quod denominat fabulam: cantilenae nomen erat, Delona: eo quod Apollo nativus esset ex Insula Delo; eratque haec lex Pythia, teste Polluce, diuisa in quinque partes; quarum prima dicebatur Rudimentum siue exploratio; secunda Prouocatio, tertia Iambicus; quarta Spondeus, quinta et vltima Tripudium siue triumphus; in prima parte Apollo Serpentis latibula locique ad pugnandum aptitudinem explorabat. Secunda parte modum exhibebat, quo Apollo Serpentem ad configendum pugnandumque prouocabat.

Tertià parte canebatur ipsum certamen ad sonum fistulae, quem ὄδοντισμόν appellabant, quo formidabilis serpentis, dentes collidentis, sibilus exhibebatur. Quarta parte Victoria Apollinis narrabatur. Denique in vltimà parte festa, choreae, tripudia Apollinis de Victoria reportatae instituebantur. Praeterea erat Satyrica σικκενὶς dicta, quam Bacchus postquam ex india à se subiugata rediisset, instituit, eratque lex tibiaria, in qua Rhythmi, moduli, gestus, et harmonia iuxta materiae conditionem mutabantur.

Ex quibus omnibus hucusque dicas satis liquet, Musicam veterum Graecorum constitisse Rhythmo, metro, instrumento, poëta et saltatione, quae subinde omnes in vnà

[Quibus constaret musica Veterum.]

compositione concurrebant, subinde verò maior dictarum rerum portio, etc. Patet etiam Poëtam, et Musicum vnam, et eandem personam sustinuisse, Orpheus et Linus An-

[Poëta, et Musicus idem veteribus sonabat.]

phionque poësin musicae coniungebant: Hesiodus poëmata sua cantare consueuerat ad certum virgae laurinae sonum, quem, teste Pausania, aërem percutiendo excitabat.

Pindarum Poëtam, et Musicum fuisse patet ex inscriptione, quam in deuastatione  
Thebarum, foribus domus Pindari inscribi iusserat Alexander Magnus his verbis:  
Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε: *Domum Pindari Musici, ne cremetis.*

### §. III.

#### De Instrumentis Musicae apud Veteres

in 2 COnstans, et vnaminis omnium ferè Mythologorum sententia est, primùm Lyrae  
siue Cytharae inuentorem fuisse mercurium filium Atlantis et Maiae. hic inuentam  
post inundationem Nili Testudinem inductis chordis in Lyran instaurauit, confectam  
[Lyrae, et Cytharae inuentio secundùm Graecos.]  
Orpheo, vel vt alij dicunt Apollini donauit, loco cuius ab eo Caduceum retulisse fer-  
tur; cuius historiam tametsi aliter, ingeniosissimè tamen, apud Homerum descriptam  
lector consulat, cùm enim sint haec trita non immoramus.

Ad figuram huius lyrae quod attinet, certè in tanta antiquitatis caligine vix aliiquid  
certi statui posse existimo, si tamen conjecturis standum, talis figurae fuisse dixerim  
qualem in antiquis tum Romane Vrbis monumentis, tum numis medalijisque veterum  
superstitibus semper ferè sub eadem ferè figura inscriptam etiamnum in hortis Farne-  
sianis, Mathaeianis, Salustijs, Pincianis, Borghesijs, et Antiquario Iustinianaeo, iam in  
manu Apollinis, modò Mercurij spectabilem comperimus. Hyginius tamen differen-  
tem eius figura exhibet. Alij no figurà tantum, sed et chordarum numero diffe-  
rentem faciunt; Ex his sunt alij, qui trichordam, alij tetrachordam, et heptachor-  
dam eandem faciunt. Nonnulli cum Amphionis Orphei, et Lini eam confundunt; at

<p71>  
perperam; horum enim excellentissimorum Musicorum instrumenta haud dubiè ma-  
nubrijs, vt nostra instrumenta constabant, neque video, quaenam Musica sola plectri  
percussione huiusmodi instrumentis cum tam admiranda harmonia, qualem Authores de-  
scribunt, à dictis Poëtis exhiberi potuerit, sed in tantà confusione nos optimum esse  
rati sumus in 7. libro singulas figuras quibus eandem describunt ob oculas lectoris po-  
nere, vt vnuquisque, quod libuerit, de ea sentiat.

§ . IV .

De Musicae apud veteres argumento, et perfectione,  
et de signis, ac Notis harmonicis.

in2 VI dentes porrò Posteri Musurgi, Musicam à primaeuis Graeciae sapientibus conditam.  
oppidò imperfectam, seriò allaborarunt, vt eandem ad aliqualem perfectionem  
deducerent; Choragum egit Pythagoras Samius qui ex malleorum proportione pri-  
mus tradidit, harmonicorum motuum proportiones, quas et numeris demonstrauit,  
mundum harmonicum primus ostendit. Hunc secuti sunt posteà Aristoxenes, Timo-  
[Musici Veteres.]

thes, Euclides, Hippasus, Architas, Aristoteles, Plato, Timotheus, Thales Milesius, Phi-  
lolaus, Eubolides, Nicomachus, alijque innomeri, quos apud Plutarchum vide; qui prea-  
cepta à Pythagora tradita excolentes, Musicam in eum euexerunt gradum, quem apud  
illius aeui Musicos Graecos viguisse, cum admiratione legimus. Nam hi ex chordarum  
varijs sectionibus harmonicas proportiones ad aurium sensum explorantes, Musicam  
tandem exactissimis regulis exhibuerunt; Interualla consona à dissonis remouerunt  
primi, interuallis singulis nomina imposuerunt. Triplex Musicae genus, diatonicum,  
chromaticum, enharmonicum repererunt; Tonorum siue troporum varietatem con-  
stituerunt, aliaque innumera praestiterunt cum tanta ingenij subtilitate, quam in  
hunc vsque diem, et suspicimus, et admiramus. Verùm cùm rationem procedendi in  
singulis fusè in sequentibus libris describamus, illam tantum hìc obiter indicare volui-  
mus. Quos deinde secuti Quintilianus, Ptolomaeus, Plutarchus, Albinus, Boëtius, Au-  
gustinus, alijque tam Graeci, quam Latini eam egregiè varijs subtilissimisque volumini-  
bus, vt in progressu operis patebit, amplificarunt.

Qualem verò citati Veteres Graeciae Musici in Signandis harmonicis proportionibus  
methodum modumque seruarint, haud dubiè curiosus lector nosse desiderabit; Certum  
enim est illos interualla sua harmonica certis Notis non secus, ac nostro hoc saeculo  
moris est, indicasse; atque iuxta huiusmodi notas, et cantum pronuntiasse, et instru-  
menta pulsasse. Verij varia tradiderunt huius Signa, sed malè intellecta, vt posteà vi-  
debitur. Ego certè vt illucusque penetrarem, nihil non intentatum reliqui; Excussis ita-  
que tum Vaticana tum alijs Bibliothecis tandem varia huius argumenti manuscripta  
detexi, quorum vnum manuscriptum Graecè Vaticanum Authore Gudentio Philoso-  
pho. Alterum in nostra Bibliotheca, Authore Alypio Musico antiquissimo reperi,  
ex quorum collatione tandem musicam illam Veterem characteristicam non sine labore

et utam tibi, integrè in 7. libro Erotemate iv. exhibemus, quem locum consule.

<p72>

C A P V T   V I I .

De moderna Graecorum Musica.

in Ecclesia Graecanica Musicam ab antiquis sapienter institutam, non excoluit tantum, sed et propaginem eius longè latèque diffusam, posteris tradidit; Cùm enim laus esset in Ecclesia Sanctorum, et vbique chori instituerentur virorum Religiosorum, diu noctuque Deum incessanter laudantium, Musicam tanquam perfectam psallendi amussim adhibuerunt; quin ne Gentilibus suis praecedessoribus inania Deorum Numina cantantibus in ferore psallendi cedere viderentur, ad Musicam in Choris Ecclesiarum magno decore peragendam, alias notas excogitarunt; quibus cantus Ecclesiasticos redderent, et meliores, et ad laudes DEI persoluendas accomodatores; Atque hoc genus notarum praesenti hoc capite interpretari propositum nobis est, ne Lector quicquam in hac Musurgia desiderare possit rerum curiosarum, et si quandoque in libros Musicos huiusmodi notis conscriptos inciderit, clauem, qua ad Musicam dictis libris contentam pertingat, habeat. Desumpsi verò totam huiusmodi psallendi rationem ex libris graecorum partim vulgari graeca, partim literali lingua conscriptis. quorum Authores diuersi fuerunt; Melioris tamen notae inter coeteros sunt Ioannes Kucuzela, Chrysaphi, Naziz, alijque quos in Catalogo Authorum Musicorum vide. Pro primis itaque Musicae Elementis, ex quibus reliqua notae constituuntur, ponunt moderni vocum notas 14. Ex quibus octo sunt ascendentes, sex descendentes.

Ascendentes sunt hae octo.

τὸ ὄλιγον	id est exigua	[zeichen]
ἡ ὄξεῖα	acuta	[zeichen]
ἡ πελασθή	volatilis	[zeichen]
τὸ κούφισμα	leuitas	[zeichen]
τὸ πελασθόν	volatile	[zeichen]
τὰ δύο	duo stimuli	[zeichen]
κεντήματα		

τὸ κέντημα	stimulus	[zeichen]
ἡ ὄψηλή	alta	[zeichen]

Sex descendentes sunt istae.

ὁ ἀπόστροφος	Apostrophus	[zeichen]
οἱ δύο ἀπόστροφοι	duo apostrophi	[zeichen]
ἡ ἀπορροὴ	defluxus	[zeichen]
ὸ κέντημα ἀπόρροον	stimulus defluxionis	[zeichen]
τὸ ἔλαφρὸν	vagum	[zeichen]
ἡ χαμηλὴ	Temperans	[zeichen]

<p73>

Ex hisce quaedam corpora sunt; id est corporis rationem, quidam spiritus, id est spiritus rationem habent. Corpora sunt sex ascendentia, duò verò descendantia; Corpora ascendentia sunt sex primae voces, Oligon, ólīgōn, petaste, cuphisma, Pelaston πελαθὸν duo centimata; Duo descendentes Apostrophi, duo συνδεσμὸς id est duo vincula. Aporrhoe verò et corpus et spiritus rationem habet, gutturis enim vuniformis motus ea suauiter exprimit, vnde et melos vocatur. Sunt praetera spiritus 4. duo ex vocibus ascendentibus, et duo ex descendantibus. Ex ascendentibus sunt κέντημα et ὑφιλὴ. Ex descendantibus Elaphron et Chamile; Habent quoque haec particularia Signa voces, quas reserunt signantque subiectis numeris graecis, vt sequitur.

τὸ ὄλιγον α ἡ ὄξεῖα α ἡ πελαθή α τὸ κούφισμα α  
τὸ πελαθόν α τὰ δύο κεντήματα α τὸ κέντημα β  
ἡ ὑψηλὴ δύο ἀπόστροφοι α, δύο ἀπόστροφοι α ἡ ἀπορροή β  
ἢ κέντημα ἀπόρροον β τὸ ἐλαφρὸν β ἡ χαμηλὴ β.

Notandum verò hic quòd omnes voces ascendentes supponantur vocibus descendantibus.

[Darstellung]

Subordinantur autem et spiritus ascendens, vt κέντημα καὶ υφηλὴ ascendentibus corporibus id est τῷ ὄλιγῳ τῇ ὄξεῖᾳ ἡ πεταθή τῷ κουφίσματι, vt sequitur.

Similiter descendentes spiritus vti ἐλαφρὸν καὶ ἡ χαμηλὴ, et κέντημα ἀπόρροον subiunguntur sub ὄμαλῷ [sg], et sit argisyndeton. Aporrohe 1 subordinatur sub piasmate et tunc fit σεῖσμα.

*signa verò mutationis Tonorum hec sunt.*

Mutatio primi Toni, hoc [sg]  
signo mutatur.

Mutatio secundi toni. [sg]

Mutatio tertij toni. [sg]

Mutatio quarti toni. [sg]

- Mutatio plagij primi. [sg]  
Mutatio plagij secundi. [sg]  
Mutatio Neana. [sg]  
Mutatio plagij quarti. [sg]  
Semitonium, siue semiuox. [sg]

Sunt praeterea 3 media vocis signa magna otiosa συνδεσμοὶ κράτημα διπλή τζάκισμα vero continet medium vocem otiosam.

Magna Signa muta sunt, quae dicuntur magnae hypostates, ostenduntquè quantum in vocibus sit immorandum; respondentquè nostris temporibus siue quantitati notarum nostrarum et tropis figurisque Rhetorum.

- [sg] ἵσον ostendit plani tractus signum.  
[sg] διπλὴ duplam vocis extensionem.  
[sg] παρακλητικὴ vocis suauiter inflexae signum.  
[sg] κρατήμα vocis validae signum.  
[sg] λύγισμα vox stridulae significatio.  
[sg] κύλισμα vox versatilis.  
[sg] ἀντικενοκύλισ plena versatilis vocis μα expressio.  
[sg] τρομικὸν vox tremula, vt in glottismis fit.

- [sg] ἐκστρεπτὸν vox inversa
- [sg] τομικρὸν vox apta et disposita ad σόναγμα tremorem.
- [sg] ψήφιστον numerata vox.
- [sg] γοργὸν velox, impetuosa vox agilis
- [sg] γοργὸν viuax, versatilis terribilis
- [sg] ἀργὸν otiosum
- [sg] σαυρὸς Crux vox decussans aliam

[s ἀντικένομα g]	inanis et vacua, siue submissa	Adnotatio <i>In Semaeiologiam Graecanicam.</i>
[s ὄμαλὸν g]	planè aequali.	in2 NOrtant moderni Graeci hisce praesentibus signis idem quod
[s θεματισμὸς g]	statio	Rethores et Musici, multiplici illo trooporum, et figuram apparatu;
[s θεματισμὸς ἔξω g]	statio extranea.	videnturquè ex his plurima Vete- ribus Graecis vsitata, in
[s παρακύλισμα g]	versatilitas impetuosa.	suam musi- cam deriuasse; ita ξηρὸν vozem ari-
[s ξηρὸν g]	arida vox.	dam significat, vt fit in murmuran-
[s κλαῦσμα g]	vocis fractio.	tibus; οὐρανισμὰ à coelorum volubilita-
[s χόρευμα g]	tripudium.	te desumpta voce, vocem volubilem
[s ἐναρξις g]	nota principij.	significat, cuiusmodi
[s σύναγμα g]	Collectio	vtuntur Eu-
[s πίασμα g]	Correptio.	nuchi, dum clausulas
[s θαρεῖα g]	Grauis	harmonicas, va-
[s ὄλιγον g]	Exigua	rijs diminutionibus exhibitent, σταυρὸς siue crux denotat vocem

[s ὄξεῖα g]	Acuta	oppositam, alteram quamquam instar crucis de- cussantem. Aporrhoe circum in-
[s πεταστή g]	Impetuosa	cressionem significat, quando nimi- rum vox in seipsam reflectitur, suis- què motibus implicari videtur; pe- laston vocem distantem
[s πελαθόν g]	Leuitas	reducit, quam Kuphisma acuit, et veluti ce- leriorem agilioremquè efficit; πεταστή
[s δὺο κεντήματα g]	duo stimuli	vocis est impetus, ólígoy et ἵσοv eius paruitatem et aequalitatem sonant.
[s τζάκισμα g]	distractio	Verum, haec omnia ex sequentibus planius patefient.
[s δύο ἀπόστροφοι g]	duo apostrophi	nota ex Argo composita
[s ἀργοσυνθετον g]		nota ex Gorgo composita
[s γοργοσυνθετον g]		à caelo sic dicta
[s οὕρανισμα g]		vicinum, remotum,
[s θὲς καὶ αποθὲς g]		positio simplex
[s θέμα ἀπλοῦν g]		

<p76>

Praetera dum volunt varia interualla vocum referre vtuntur hisce signis et interualla quidem vocum ascendentium haec sunt.

[Abbildung]

Literae interualla Significat. Vt  $\alpha$  significat vnisonum,  $\beta$  significat interuallum vnius toni, et sic de coeteris, diuersam autem Signa vnius literae Significat valorem differentem notae.

<p77>

Vocum verò descendantium valorisquè notarum  
signa sunt.

[Abbildung]

De Tonorum clausulis.

in2 HABent praeterea Graeci moderni quaedam vocabula, quibus omnem harmonicam  
[Modus Graecorum cantandi.]  
modulationem exponunt, quae prorsus nostrae respondet Solmisationi; suntque  
potissimum octo Ananes, Neagie, Aanes, Neeanes, Aneanes, Neanes, Nana, Agie; quibus  
reulutis reuertuntur ad gradum vnde processerunt harmonicum; Sunt autem 8 tono-  
rum moderatores, Ananes respondet primo tono, A quo si descenderis vnam vocem,  
inuenies plagium tetardum, scil. quartum; Si verò ab hoc vnam vocem descenderis, inuenies  
baryn siue triton, tertium. Et si ab hoc per vnam vocem descenderis inuenies plagium du-  
teron id est secundum; et si ab hoc descenderis vnam vocem inuenies tonum deuterum, et hinc  
vnam vocem si ascenderis, inuenies tonum triton, id est tertium; et hinc denique si  
vnam ascenderis habebis tonum tetarton id est quartum, et hunc sequens vox da-  
bit proton, id est primum tonum, et sic de reliquis; Sciendum autem, quod à tono  
quocumquè si descenderis, in voce mutatio fiat toni. Atquè hoc pacto habentur oco  
toni demonstrantes singulas voces, et voces ex mutatione tonorum. Si enim à tetra-  
phonia, siue à diatessaron descenderis à prima quinquè voces, inuenies plagium retar-  
dum siue quartum tonum. Vocanturquè 4. Authenti κύριοι hoc est proprij, et 4. impro-  
prij πλάγιοι vti dictum est. Signa porrò octo tonorum sequuntur.

Voces

ό πρῶτος λέγεται δώριος		Ανανες ἥχος
ό δεύτερος	λύδιος	νεανες ἥχος
ό τρίτος	φρύγιος	Na Na ἥχος
ό τέταρτος	μιξολύδιος	αγια ἥχος

ό πλάγιος τοῦ      ύποδώριος      ανεανες ἥχος  
πρῶτοῦ

ό πλάγιος τοῦ      ύπολύδιος      νεεανες ἥχος  
δεύτεροῦ

ό πλάγιος τοῦ      ὁ βαρὺς      αανες ἥχος  
τρίτοῦ                ύποφρύγιος

ό πλάγιος τοῦ      ύπομιξολύδιος      νεαγες ἥχοσ  
τέταρτοῦ

Verūm vt haec omnia luculentius patefiant; totius Solmisationis typum nostris notis  
expressum ob oculos ponemus curiosi Lectoris.

<p78>

[Abbildung]

Haec quae Graeci tanto labore tantoquè cum characterum apparatu disponunt, nos multo facilius, felicius, et breuius per octo replicationes, praecedentibus vocabulis indicatas, assequimur. Vt tamen Tyrones Graecorum facilius assequantur, vocum, tonorumquè mutationes. Rotam quandam conficiunt in qua sequentia ponunt signia, ijsquè vocum in se ipsas reuolutionem ostendunt, sed documenta ex Cucuzelo adscribamus.

Tonorum mutationes iuxta Domini Ioannis Magistri  
Cucuzeli dispositionem.

*Exemplum notis nostris expressum.*

[Noten]

Ostensa itaquè methodo et ratione musicae, quà moderni Graeci in Ecclesiasticis suis canticis vtuntur, nihil restat nisi vt paradigma quoquè vnum atquè alterum applicemus ex libris hiscè notis musicis refertis, depromptum exhibeamus, vt Lector curiosus artificium luculentius cognoscat.

[Notenbeispiel]

<p79>

Restabat modò vt de Aegyptiorum, Arabum, aliarumque Orientis gentium Musica aliquid diceremus. Verùm cùm de ea in Oedipo Aegyptiaco fusè et ex professo tractemus, ne incrementum operis aequo grandioribus procedat passibus, eo Lectorem remittimus; Atque haec sunt, quae de musicae inuentione et propagatione tam Hebraeorum quàm Graecorum, dicenda putaui; nihil modò restat, nisi vt ad Latinorum quoquè Musicam describendam, qui proprius huius nostri operis scopus et finis est, omni quà possumus curà ac diligentia nos accingamus.